DE LIBANII STUDIIS HERODOTEIS

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE LITTERARUM VIADRINA VRATISLAVIENSI RITE IMPETRANDOS UNA CUM THESIBUS DIE XXX MENSIS NOVEMBRIS ANNI MCMX HORA XII ET DIMIDIA IN AULA MUSICA PUBLICE DEFENDET AUCTOR

Wilhelm
GUILELMUS WERNER
FRANKENSTEINENSIS

ADVERSARII ERUNT
G. PIETSCH DR. PHIL.
W. LEHMANN DR. PHIL. DES.

VRATISLAVIAE
MCMX

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XV mensis Iunii
anni MCMX.

PARENTIBUS CARISSIMIS

ET

RICHARDO FOERSTER

PRAECEPTORI

PIO GRATOQUE ANIMO.

Conspectus rerum quae hoc libello continentur.

pag.

Introductio. . . . . 1—5

Pars prior: Quatenus Libanius in sententiis et in rebus ex Herodoto pendeat. . . . . . . 5—53

Caput I: De sententiis. . . . . 5—47

A de tribus diegematis. . . . . 5—9

B de iis operibus, in quibus argumentum fert, ut sententiae ex Herodoto depromantur: . . . . 9—23

1 de decl. *πρεσβευτικὸς Ὀδυσσέως κτλ.* inscripta. . . 9—10

2 de decl. *Νεοκλῆς* et *Θεμιστοκλῆς* inscriptis. . . . 11—18

3 de decl. *Κίμων αἰτῶν κτλ.* inscripta. . . . . . 18—21

4 de decl. *Τίμων ἑαυτὸν προσαγγέλλει* inscripta. . . 22—23

C de ceteris scriptis: . . . . 23—47

1 de sententiis compluribus, quas rhetor unum in locum coëgit. . . . . 23—32

2 de iis sententiis, quae singulae hic illic inveniuntur: 32-47

a de iis quae ad Persarum bella pertinent. . . 33—40

b de iis quae ad Croesum pertinent. . . . . 40—42

c de ceteris sententiis. . . . . 42—47

Caput II: De rebus. . . . . 47—53

Pars altera: Quid rhetor in elocutione Herodoto debeat. 53—96

Caput I: De vocabulis singularibus. . . . . 53—66

Caput II: De vocabulis singulari notione adhibitis. . . . 66—77

Caput III: De verborum structuris. . . . . 77—79

Caput IV: De locutionibus: . . . . 79—94

A De locutionibus quae verbis continentur. . . . . . 79—90

B De nominibus inter sese coniunctis. . . . . 90—93

C De vocibus a praepositionibus suspensis. . . . . . 93—94

Caput V: De formulis. . . . . 95—96

Caput VI: De Ionica anastropha. 96

Conclusio. . . . . 96—97

Indices. . . . . 98—102

Non modo nostris temporibus, sed iam apud veteres Herodotus magna fructus est auctoritate[1]. Velut Thucydides, qui Halicarnassei Historias libris de bello Peloponnesiaco complere studuit, quamvis ab eo et ingenii indole et elocutione distet, tamen hic illic eum secutus est[2] aut dignum iudicavit, cui tecte obloqueretur. Xenophon in Anabasi Herodoti elocutionem aemulabatur dialecto quidem usus Attica. Aristoteles in scriptis ad historiam et ad naturam pertinentibus ex Halicarnasseo permulta libavit. — Postquam scriptores dialecti quam vocant *κοινὴν* Herodotum prorsus neglexerunt, Dionysius Halicarnassensis in epistula ad Pompeium Geminum scripta (cap. 3) eum multo pluris aestimavit quam Thucydidem. Alii Herodoti dialecto atque elocutione in historiis scribendis usi sunt, velut Cephalio[3] in variis historiis vel Arrianus[4] in Indica vel Lucianus in libello *περὶ Συρίης θεοῦ* vel Pseudo-Lucianus in scriptiuncula *περὶ ἀστρολογίης* vel auctor vitae Homeri[5] vel Eusebius in fragmento a Weschero in lucem protracto[6]. Alii sermone Attico usi ora-

---

[1] De Herodoti apud veteres anctoritate vid. Christ-Schmid, Geschichte der griechischen Literatur, pag. 448 sq.

[2] Ut exemplo utar, quae in Thucyd. I 16—18 narrantur, ex Herodoto fluxisse mihi videntur. Conf. etiam Lemcke, Hat Thucydides das Werk des Herodot gekannt? Herbstprogr. d. Gymn. zu Stettin 1873.

[3] Fragm. hist. Graec. ed. C. F. Mueller vol. III pag. 626 sqq.

[4] Conf. R. Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur, diss. Lips., Berol. 1884.

[5] Conf. I. Schmidt, De Herodotea quae fertur vita Homeri, Hal. 1875.

[6] Wescher, Poliorcétique des Grecs, Paris. 1867, pag. 343 sqq.

tionem Patris Historiae imitati sunt velut Pausanias[1]), Arrianus, Aelianus. Philosophi posteriores et ipsi multa ex Herodoto hauserunt[2]). Sed etiam quarto post Christum natum saeculo apud nonnullos scriptores Herodotus sicut ceteri auctores veteres plurimum valebat, velut Themistium, Iulianum, Libanium.

Libanium, qui, quod ad rhetores attinet, clarissimum illius aetatis columen fuit[3]), magno opere Herodoto studuisse iam ex ea re apparet, quod *ἅμιλλαν πρὸς Ἡρόδοτον*[4]) composuit (vid. ep. 530 ed. Wolf: *ἐγὼ δὲ δύο λόγους, ὧν ἐν μὲν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀριστείδην μάχομαι, πέπομφα*). In protheoria primae declamationi (vol. IV p. 2 ed. Reiske = decl. III proth. § 3 vol. V p. 200 ed. Foerster) praemissa rhetor ipse profitetur se quodammodo in hac declamatione Herodotum secutum esse. Duobus locis orationis LIX (§§ 70 et 137), quos ex Herodoto deprompsit, illius nomen adiecit. Quin etiam hic illic ad diversitatem atque copiam rerum, quae in Halicarnassei Historiis insunt, rhetor iocose alludit, velut in ep. 48: *Ἡρόδοτος δὲ ὁ χρυσοῦς οὐκ ἄν μοι δοκεῖ κατοκνῆσαι, πάσῃ μὲν οὖν σπουδῇ φέρων ἂν ἐνθεῖναι, ὅπως δόξῃ πολλὰ εἰδέναι* et in oratione LIX § 137: *Ἡρόδοτος — ὁ πλεῖω τῶν ἀναγκαίων ἐξηγηκώς.*

Verum tamen nobis silentio non praetereundum est, quod Libanius non Herodoto soli tanta cum diligentia studuit, sed etiam aliis auctoribus, ut ipse gloriatur in or. I 8: *ἓν ἔδρων μόνον, μνήμῃ τὰ τῶν παλαιῶν ἐκτώμην*, 24: *καὶ προσῆν τὸ οἷς ἐχρῆν ἡγεμόσιν ἀκολουθοῦντα μηδὲν ἰατρῶν ἐν τῷ σώματι δεδεῆσθαι*, quo loco quid sit *οἷς ἐχρῆν ἡγεμόσιν ἀκολουθεῖν*, explicatur ab Eunapio vit. Libanii § 4 (ed. Foerster): *Λιβάνιος —*

---

[1]) Conf. O. Pfundtner, Pausanias Periegeta imitator Herodoti, diss. Regimont. 1866; Die historischen Quellen des Reisebeschreibers Pausanias, Jahrb. f. Phil. 1869, p. 441—447. — Conr. Wernicke, De Pausaniae studiis Herodoteis, diss. Berol. 1884.

[2]) Vid. J. Geffcken, Zwei griechische Apologeten, Leipz. 1907, p. 188 adnot. 3.

[3]) U. v. Wilamowitz, Die griechische Literatur des Altertums (Die Kultur der Gegenwart), p. 208: *„Libanios ist der letzte grosse Rhetor, und dieses Platzes ist er nicht unwürdig“.*

[4]) Conf. R. Foerster, Fleck. Jahrb. 1876, p. 209.

ἡγεμόσιν ἀρίστοις, τοῖς ἀρχαίοις καὶ οἷς ἐχρῆν ἑπόμενος ἐς ἴχνος τε ἄριστον ἐνέβαινε (conf. etiam § 3). Velut Demosthenem „*suum fecit ante omnes*“[1]), ita ut in lexico *περὶ συντάξεως* Segueriano[2]) *Δημοσθένης ὁ μικρὸς* nominetur; sed etiam Platoni, Thucydidi, Aeschini, Isocrati permulta debet, nonnulla Lysiae, pauca Aristidi, pauciora Luciano.

Nunc etiamsi Foerster in editione Libanii, quatenus in lucem prodiit, multos Herodoti locos a rhetore repetitos adnotavit[3]), equidem mihi proposui, quid in Libanii operibus ex Herodoto originem duxerit, quaerere, qua in re etiam ad locos et Herodoti et Libanii in codicibus corruptos emendandos aliquid me conferre posse spero.

Sed cavendum est, ne omnia scripta, quae Libanii feruntur, in genuinorum numero habeamus; nam ut rhetor scripsit permulta, ita antiquarii iniuria ei permulta adscripserunt. Plurima, quae Libanio abiudicanda sunt, iam Foerster protulit[4]). Sunt autem epistularum hae: 80. 1066. 1108. 1156. 1188. 1204. 1205. 1220. 1558—1574 et omnes Latinae eis quidem exceptis, quae ex Graeco in Latinum sermonem conversae sunt[5]), et operum a Reiskio editorum haec: *θέσις εἰ τειχιστέον* (vol. IV p. 1134 ed. R.), *θέσις εἰ πλευστέον* (1135), *κατηγορία νόμου τοῦ κελεύοντος τὰς τῶν ἀδελφῶν κτλ.* (1137), *ἐκφράσεις Τυχαίου* (1113), *Παλλάδος* (1114), *Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους* (1119), *Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου* (1120), quae Nicolai sunt; praeterea Libanii non sunt *ἐκφράσεις λιμένος* (1078), *κήπου* (1077), *θήρας* (1064), *πολέμου* (1080), *λέοντος* (1081), *Ἡρακλέους καὶ Ἀνταίου* (1082), *ἑτέρα* (1083), *Ἡρακλέους ἑστῶτος ἐν τῇ λεοντῇ* (1066), *Ἥρας* (1086), *Αἴαντος* vel *Τρῳάδος ἀπεστραμμένης* (1091), *Τρῳάδος ἀπεστραμμένης* altera (1093), *Χιμαίρας* (1095), *Ταῶνος* (1073);

---

1) R. Foerster, Mus. Rhen. XXXII 86.

2) Bekker, Anecdot. pag. 135, 22; 168, 12; 170, 25; 172, 8.

3) Loci ad Herodotum spectantes, quos enumeravit C. Gladis, De Themistii, Libanii, Iuliani in Constantium orationibus, diss. Vratisl. 1907, p. 45, iam a Foerstero adnotati sunt. Nonnulla apud Libanium Herodotea tractavit Hier. Markowski, De Libanio Socratis defensore, Bresl. Phil. Abh. fasc. 40, 1910.

4) R. Foerster, Fleck. Jahrb. 1876, p. 209 sqq., 491 sqq., 633 sqq.

5) R. Foerster, Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanios, Stuttgart 1878, p. 157 sqq.

ἠθοποιίαι τίνας ἂν εἴπε λόγους ζωγράφος κτλ. (1097), *τίνας ἂν λόγους εἶπεν εὐνοῦχος ἐρῶν*[1]), etiamsi earum auctores non novimus; etiam declamationem *Ὑπερείδης* inscriptam (323—335) Libanianam non esse Foerster nuper exposuit[2]). Porro epistulae 1224. 1226. 1227. 1575—1579 et *ἐκφράσεις Πολυξένης σφαττομένης* (vol. IV 1088 R), *Προμηθέως* (1116), *Μηδείας* (1090), *Ἡρακλέους* (1068), in quibus quae Herodoto deberentur non inveni, et *Δημοσθένους ἀπολογία*[3]) (279—323) Foerstere auctore in suspicionem adducendae sunt[4]). Tum declamationes *ἡ μελέτη Πατρόκλου* (vol. IV 81—111 R), *ῥήτορος λόγος* (512—539), *πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ παῖδα ἀποσφάξαντος ἀπολογία* (771—797) inscriptas a Libanio abiudicandas et Choricio tribuendas esse Georgius Pietsch[5]) dissertatione nuper demonstravit. Denique declamationes illae duae quae inscribuntur *ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους Κέφαλος καὶ Ἀριστοφῶν*[6]) et ipsae a Libanio abhorrere mihi quidem videntur, quoniam eas ab illius usu verborum et locutionum longe discrepare in propatulo est; neque in eis aliquid exstat, quod ad Herodotum referri possit.

Editionibus usus sum orationum et partis declamationum Foersteriana, quatenus in lucem emissa est[7]) (attuli in orationibus vel declamationibus paragraphorum numeros), epistularum Wolfiana[8]), ceterorum Libanii operum Reiskiana[9]) (attuli voluminum, paginarum, linearum numeros). In vita Demosthenis[10]) et in hypothesibus ad Demosthenis orationes scriptis et in fragmentis Libanii e Doxapatris ad Hermogenem

[1]) Haec declamatio recentis aetatis videtur esse, vid. Foersterum, Fleck. Jahrb. l. c.

[2]) Lib. opp. vol. VI p. 240 F.

[3]) Lib. opp. vol. VI p. 370 sq. F.

[4]) Cetera a Foerstero Libanio abiudicata iam in editionibus Morelliana et Reiskiana desunt; idcirco ea enumerare omitto.

[5]) De Choricio Patrocli declamationis auctore, Bresl. Phil. Abh. fasc. 42, 1910. Conf. Lib. vol. V p. 361 F.

[6]) Lib. vol. VI p. 110 sq. F.

[7]) Vol. I—V (orationes et declamationes I—XII); sed etiam decl. XIII *Κορινθίων λόγος* inscriptam iam typis impressam auctoris gratia in usum meum convertere potui.

[8]) Amstelaedami 1738.

[9]) Altenburgi vol. III, 1795; IV, 1797.

[10]) Demosthenis orationes ed. S. H. Butcher, Oxonii 1903, p. 1 sq.

commentariis a Foerstero editis[1]) non repperi, quae huic quaestioni usui sint.

Expositionem divisimus in duas partes, quarum priore de sententiis et de rebus a Libanio ex Herodoto depromptis agamus, altera, quatenus in usu verborum atque locutionum rhetor ex Halicarnasseo pendeat, disputemus.

Pars prior.

Quatenus Libanius in sententiis et in rebus ex Herodoto pendeat.

Caput I: De sententiis.

Quoniam Libanius ut ea, quae ipse diceret, exemplis illustraret, non solum ex Herodoto, sed etiam ex aliis scriptoribus permulta deprompsit, omne genus cautionis adhiberi debet in diiudicando, utrum locus Herodoto an aliis scriptoribus debeatur. Qua in re id nobis maximo auxilio est, quod Libanius saepe una cum sententiis etiam locutiones et verba quaedam singularia ex illis mutuatus est; nam ut iam supra diximus, rhetor veterum opera summa cum diligentia perlegit atque pervolvit.

A. Ac primum quidem de tribus diegematis nobis dicendum est, quorum argumentum totum Herodoto debetur; sunt autem illa quae inscribuntur *περὶ Πολυκράτους*[2]), *περὶ Κανδαύλου*[3]), *περὶ Ἀρίωνος*[4]).

Quamquam Polycratem et eius fata veteres omnes satis bene nosse constat, tamen quin Libanius Herodotum unum secutus illud diegema composuerit, nullo modo dubitari potest, quoniam easdem fere locutiones et verba atque ille usurpat. Quod ut intellegamus, conferamus

---

[1]) Mélanges Graux, p. 629—639.
[2]) Vol. IV p. 1100 R.
[3]) Vol. IV 1102 R.
[4]) Vol. IV 1107 R.

διήγημα περὶ Πολυκράτους.	cum Her. III 39—43.
Πολυκράτους Σάμου μὲν ἄρχοντος, πάντα δὲ εὐτυχοῦντος καὶ ἐπ' οὐδενὶ λυπουμένου δέος εἰσῄει μεταβολῆς. ἔπραττεν οὖν, ὅπως ἂν ἰάσηται, καὶ δακτύλιον ὧν εἶχε κτημάτων κάλλιστον ἑκὼν μὲν ἔρριψεν εἰς τὴν θάλασσαν, οὐκ ἔχων δὲ ἤλγει. γίνεται δὴ πάλιν ὁ δακτύλιος τοῦ Πολυκράτους δι' ἰχθύος, ὃν ἀνελὼν ἁλιεὺς μέγαν τε ὄντα καὶ βασιλέως ἄξιον φέρων ἔδωκεν ἐκείνῳ. ὁ δὲ ἰχθύς, ὡς ἦν χερσὶ τῶν μαγείρων ἀνασχισθείς, ἀπέδωκε Πολυκράτει τὸν δακτύλιον.	Locutio πάντα εὐτυχεῖν apud Herodotum quater exstat: bis III 40: εὐτυχέειν τὰ πάντα et paulo post εὐτυχέων τὰ πάντα et III 43. Libanii verbo ἰάσηται apud Herodotum respondet imperativus ἀκέο. ἤλγει revocat Herodoti locutionem ἀλγεῖν τὴν ψυχὴν III 40 et 43. III 42: ἰχθὺν μέγαν τε καὶ καλόν. III 42: ἐδόκεε σεῦ τε εἶναι ἄξιος καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς· σοὶ δή μιν φέρων δίδωμι.

Videmus igitur in hoc diegemate Libanium totum ex Herodoto pendere.

Non aliter res se habet in illo quod inscribitur περὶ Κανδαύλου, quod et ipsum cum Herodoti verbis conferamus:

διήγημα περὶ Κανδαύλου.	Her. I 8—12.
Ἤρα τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὁ Κανδαύλης καὶ παρεκάλει τὸν Γύγην ἐπὶ τὴν θέαν τῆς ὥρας.	I 8: ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός
ὁ δὲ πρῶτον ἀρνούμενος ἐγκειμένου τοῦ Κανδαύλου συνεχώρησεν.	ὁ μὲν δὴ λέγων τοιαῦτα ἀπεμάχετο.
ὑφ' οὗ δὴ καὶ καταστὰς ὄπισθεν τῆς θύρας τὴν γυναῖκα καταγυμνουμένην ἰδὼν ἀπηλλάγη.	I 9: ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρας.
ἡ δὲ μεταστραφεῖσα τὸ πραχθὲν οὐκ ἠγνόησεν ἤνεγκέ τε σιγῇ·	I 10: μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς οὔτε ἀνέβωσε αἰσχυνθεῖσα.
μεταπέμπεται δὲ τὸν Γύγην, ἐπειδὴ ἡμέρα ἦν, καὶ ἐκέ-	I 11: ὡς δὲ ἡμέρη τάχι-

λευσεν ἀποθνήσκειν ἀντὶ τῆς θέας ἢ τοῦτο δρᾶν τὸν Κανδαύλην, ὑπισχνουμένη συνοικήσειν αὐτῇ μετὰ τὸν φόνον τὸν Γύγην. ἤρεσκε μὲν οὐδέτερον, εἰς δὲ τὸ κτείνειν ἀπέκλινε. καὶ διαχρησάμενος καθεύδοντα τὸν δεσπότην γαμεῖ τε ἐκείνην καὶ βασιλεύει Λυδῶν.

στα ἐγεγόνεε, ἐκάλεε τὸν Γύγεα.

I 12: ἀποκτείνας αὐτὸν ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης.

Rhetorem, quoniam in hac narratiuncula non minus quam in superiore Herodoti verba sua facit, totum argumentum ex eo deprompsisse putandum est, praesertim cum apud nullum scriptorem de Candaule a Gyge interfecto eadem narrentur atque apud Herodotum[1]).

Tertium est διήγημα περὶ Ἀρίωνος, quod et ipsum Halicarnasseo deberi ex comparatione verborum et locutionum apparet; scribit enim

Libanius:	et Herodotus
διήγημα περὶ Ἀρίωνος.	I 23—24:
Ὁ Ἀρίων Μηθυμναῖος ὢν ἐκ Μηθύμνης ἔπλευσεν εἰς Κόρινθον. καὶ δεικνὺς αὐτόθι τὴν τέχνην εὐδοκίμει.	Ἀρίονα τὸν Μεθυμναῖον διθύραμβον – ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ.
βουλόμενος δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι λαμπρὸς ἔπλευσε κἀκεῖσε, καὶ αὖθις εὐδοκίμει.	ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην
γενομένων δὲ αὐτῷ χρημάτων μεγάλων νεὼς ἐπιβὰς Κορινθίας εἰς Κόρινθον ἐπαναπλεῖ.	ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα
καὶ οἱ ναῦται τῶν χρημάτων ἐρασθέντες κτείνειν ἐπεχείρουν.	τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιβουλεύειν τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας ἔχειν τὰ χρήματα.
ὡς δὲ ἀφιστάμενος αὐτοῖς τῶν χρημάτων ἐπὶ τῷ σώζεσθαι οὐκ	χρήματα μέν σφι προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον.

[1]) Vide Kirby Flower Smith, The tale of Gyges and the King of Lydia, American Journal of Philology XXIII No. 91, II et 92, I.

ἔπειθε, δευτέρας δεῖται συγχωρήσεως, στῆναι ἐν τῇ σκευῇ καὶ ᾆσαι, καὶ ἐκπηδήσειν εἰς τὴν θάλατταν ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ᾄσματος. καὶ οἱ μὲν ἐπέτρεψαν, ὁ δὲ ᾖσε καὶ ἐξεπήδησεν. δελφὶς δὲ αὐτὸν ὑποθεὶς τῷ κιθαρῳδῷ πρὸς Ταίναρον ἐξεκόμισεν.	*οὔκων δὴ πείθειν τούτοισι.* *ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα — ἀεῖσαι.* — locutio *ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν* apud Herodotum in eodem capite paulo ante exstat. *δελφῖνα — ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον.*

Prorsus igitur etiam in hoc diegemate Libanius ex Herodoto pendet, quamquam Arionis fata a multis scriptoribus traduntur[1]), velut a Pausania (III 25, 7), Plutarcho (sap. conv. 18), Luciano (dial. marin. 8), Strabone (pag. 618), Aeliano (nat. anim. 2, 6), aliis[2]). (Ad Arionem etiam verba rhetoris in ep. 284 referenda sunt: *οὐ πολύ γε τῶν τοῦ Λεσβίου κιθαρῳδοῦ*

1) Cf. Lehrs, Populäre Aufsätze, pag. 385 sqq.

2) In his diegematis, quo magis Libanius Herodotum secutus est, eo maiore admiratione digna est ars rhetorica. Nam, ut Foerster mihi dixit, Curtius Mosel observavit multa diegemata, quod ad syllabarum in singulis enuntiatis numeros pertinet, ex tribus partibus composita esse ita ut prima et altera similiter atque in tragicorum canticis *στροφή* et *ἀντίστροφος* inter sese prorsus responderent, tertia autem quasi *ἐπῳδός* a prioribus partibus dissentiret et aliis numeris digesta esset. Qua ex re intellegitur, cur Libanius, quamvis iisdem verbis atque Herodotus uti studuerit, tamen nonnunquam mirum in modum ab illo discesserit. Velut diegema *περὶ Κανδαύλου* rhetor incipit his: *Ἤρα τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὁ Κανδαύλης,* Herodotus autem dicit: *ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός.* Libanius cur hoc loco *ἤρα* scripserit, explicatur ex ea re, quod verba *ἤρα — — Κανδαύλης* 13 syllabas efficientia respondent 13 syllabis sequentibus *ὑφ' οὗ δὴ καὶ καταστὰς ὄπισθεν τῆς θύρας.* Eadem de causa Libanius paulo infra dixit *τὸ πραχθέν,* quamquam Herodotus praebet *τὸ ποιηθέν*; nam verba *ἡ δὲ μεταστραφεῖσα τὸ πραχθὲν οὐκ ἠγνόησεν ἤνεγκέ τε σιγῇ* aeque atque antecedentia 21 syllabas continent. Tum in diegemate *περὶ Πολυκράτους* rhetor pro Herodoti locutione *ἤλγει τὴν ψυχήν,* quam eum non ignoravisse alio loco demonstrabo, verbum *ἤλγει* solum adhibuit, quia verba *οὐκ ἔχων δὲ ἤλγει* sequentibus *γίνεται δὴ πάλιν* respondere voluit. Simili ratione in diegemate *περὶ Ἀρίωνος* Libanius scripsit *ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι λαμπρός,* quamquam Herodotus praebuit: *ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην,* et verba Herodoti *ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα — ἀεῖσαι* ad litteram repetivit omisso quidem adiectivo *πάσῃ* (*στῆναι ἐν τῇ σκευῇ καὶ ᾆσαι*).

διαφέρει τὸ σόν, ὃς ἐμπεσὼν εἰς τὴν θάλατταν ἥδιον ἐκομίζετο τῶν ἐπὶ πλοίου.)

B. Nunc pergamus ad alia opera Libanii, in quibus quamquam non totum argumentum Herodoto debetur, tamen res ipsa fert, ut singulae sententiae ex Herodoto depromantur.

1. In protheoria declamationum *λόγος πρεσβευτικὸς πρὸς τοὺς Τρῶας ὑπὲρ Ἑλένης*[1]) et *πρεσβευτικὸς Ὀδυσσέως πρὸς τοὺς Τρῶας ὑπὲρ τῆς Ἑλένης*[2]) inscriptarum, quae inter sese artissime cohaerent, Libanius ipse profitetur (decl. III, proth. § 3): *ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἱστορίαν οὐχ Ὁμήρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἡροδότῳ προσχρώμεθα, τὰ μὲν παρ' ἐκείνου, τὰ δὲ παρὰ τούτου πρὸς τὸ συμφέρον λαμβάνοντες. εἰ δὲ φαίνοιντο οἱ Ἕλληνες ἀποβάντες εἰς τὴν χώραν τῶν Τρώων, εἶτα πρεσβευόμενοι, παρὰ Ἡροδότου τοῦτο γεγένηται.* Libanius in priore declamatione Menelaum, in altera Ulixem a Graecis missos de Helena ab Alexandro rapta reddenda ad Troianos orationes habentes inducit, id quod scriptum videmus apud Herodotum, qui narrat I 3: *λέγουσι — — Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου ἀκηκοότα ταῦτα ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάντως ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὐδὲ γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτοῦ Ἑλένην τοῖσι Ἕλλησι δόξαι πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους ἀπαιτέειν τε Ἑλένην καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν;* et pergit: *τοὺς δὲ προϊσχομένων ταῦτα προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν, ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι,* ad quae rhetor respicit in decl. IV § 20 Ulixem faciens disputantem haec: *ὑμεῖς — ἐκ μὲν Φοινίκης Εὐρώπην, ἐκ δὲ Κόλχων ἡρπάσατε Μήδειαν· τί τοίνυν ἀσχάλλετε ταῦτα ὑπομένοντες ὧν ὑπήρξατε;* ut Ulixem faciat refutantem ea, quae apud Herodotum Troiani legatis Graecorum obiciunt. Etiamsi hoc loco Libanius aliter atque apud Herodotum Troiani non Medeam solam, sed etiam Europam a Graecis raptam affert, tamen hoc et ipsum ex Herodoto depromptum est, qui de Europa narrat I 2: *Ἑλλήνων τινάς — φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσσχόντας ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην,* praesertim cum

---

[1]) Decl. III F. [2]) Decl. IV F.

paulo post de Medea rapta legantur: *μετὰ δὲ ταῦτα Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντες γὰρ — ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν, ἐνθεῦτεν — — ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα.* Tum apud Libanium Ulixes paulo post pergit § 22: *εἰ γὰρ τὸ μὲν τῶν ἀδικημάτων ἄρχειν παρὰ τὸν νόμον ἐστί, τὸ δὲ ἀμύνασθαι τοὺς ὑπάρξαντας εἰς τὸ δίκαιον τελεῖ, εἰπάτω μοί τις, πότερον Κρῆτες πρότερον τὴν Εὐρώπην ἐκ Φοινίκης ἥρπασαν ἢ Φοίνικες ἐξ Ἄργους Ἰὼ τὴν Ἰνάχου; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τῶν Φοινίκων γεγενῆσθαι τὴν ἀρχήν*, quo loco et ipso Libanius ad Herodotum spectat; nam etiam apud hunc Phoenices inimicitiarum auctores fuisse scriptum videmus I 1: *Φοίνικας αἰτίους — γενέσθαι τῆς διαφορῆς* et postquam *Περσέων οἱ λόγιοι*, quomodo Phoenix quidam *ναύκληρος* Ionem Inachi filiam rapuisset, narraverunt, pergit Herodotus I 2: *τῶν ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι*, quam locutionem eodem illo loco Libanius adhibet (decl. IV 22: *τὸ μὲν τῶν ἀδικημάτων ἄρχειν*). Ionem raptam rhetor revocat etiam in § 28 verbis: *τὴν μὲν Ἰνάχου παῖδα ναυκλήρου τινός φασι κλέμμα γενέσθαι.* — Herodoti auctoritati et illa tribuenda sunt, quae Libanius profert in § 85: *Θησέως μὲν αὐτὴν* (scil. *τὴν Ἑλένην*) *τολμήσαντος λαβεῖν — καὶ βουλομένου γυναῖκα ποιήσασθαι πρὸς τῷ μηδένα λυπεῖν, οὐ γὰρ συνῴκει γε οὐδενί, ἔδει μὲν κινεῖσθαι τὴν Πελοπόννησον, ἔδει δὲ πολέμου τὴν Ἀττικὴν ἐμπίπλασθαι καὶ τὰς Ἀφίδνας πορθεῖσθαι καὶ πάλιν Ἑλένην ἐπὶ Λακεδαίμονος εἶναι;* tradit enim Halicarnasseus IX 73 Helenam, quam Theseus raptam Aphidnis abscondidisset, a Tyndaridis vi et armis Spartam reductam esse: *ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθει καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους οὐκ εἰδότες, ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι — — Δέκελον — — ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, τὰς δὴ Τιτακὸς — καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι;* etiamsi eadem narrantur a Plutarcho Thes. 31, tamen Libanium hoc loco ad Herodotum redire puto, quoniam se eum sequi in protheoria profitetur, neque indubitata vestigia Plutarchi a Libanio lecti ullo loco apparent. Cf. Foerster, Lib. vol. VI p. 370 not. 4.

2. Iam agamus de declamationibus *Νεοκλῆς* et *Θεμιστοκλῆς*[1]). In decl. IX 16 Libanius Neoclem facit disputantem: *Θηβαῖοι δὲ δικαίως ἂν μεθ' ὑμῶν πολεμοῦντες ἔδοσαν αὐτοὺς τῷ Μήδῳ καὶ συνεπεστράτευον* — et paulo post: *πάλιν ἥκοντος ἐκ Δελφῶν τοῦ ξυλίνου τείχους καὶ σοῦ τὸν νοῦν εὑρόντος τῶν λογίων καὶ τὰς τριήρεις ἐν τῷ τείχει τούτῳ δηλοῦσθαι λέγοντος καὶ παραινοῦντος ἐκλείπειν τὴν πόλιν ἦσαν οἳ μὴ βουλόμενοι τοῦτο καὶ καταμείναντες, ὡς δὴ τῆς ἀκροπόλεως ξύλοις τετειχισμένης, ἀπώλοντο κακῶς οἱ μὴ βουληθέντες.* Quo loco et Herodotum et fontem Plutarchi et Cornelii Nepotis rhetor sequi videtur; nam quod Neocles loquitur: *Θηβαῖοι — ἔδοσαν αὐτοὺς τῷ Μήδῳ*, hoc Herodoto debetur, qui dicit VII 132: *τῶν δὲ δόντων ταῦτα* (scil. *γῆν τε καὶ ὕδωρ*) *ἐγένοντο οἵδε — — Θηβαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ κτλ.*; Thebanos et ceteros Boeotios Persarum partes secutos esse tradit etiam VII 233: *οἱ δὲ Θηβαῖοι — λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων ὡς καὶ μηδίζουσι καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐν πρώτοισι ἔδοσαν βασιλέϊ* et VIII 34: *Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε.* Sed verba quae sequuntur apud Libanium: *πάλιν ἥκοντος ἐκ Δελφῶν τοῦ ξυλίνου τείχους καὶ σοῦ τὸν νοῦν εὑρόντος τῶν λογίων καὶ τὰς τριήρεις ἐν τῷ τείχει τούτῳ δηλοῦσθαι λέγοντος*, ad Herodotum referri non possunt; nam apud eum moenia lignea nominari naves iam alii cognoverant, Themistocles autem cur Apollo Salaminem insulam verbis *ὦ θείη Σαλαμὶς* appellavisset, explanavit VII 143: *Θεμιστοκλῆς — — οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι λέγων τοιάδε, εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκεῖν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε „Ὦ σχετλίη Σαλαμὶς" ἀντὶ τοῦ „Ὦ θείη Σαλαμίς", εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν;* huc accedit, quod Libanii verba cum Plutarcho[2]) magis congruunt, qui dicit Them. 10: *λέγων* (scil. *ὁ Θεμιστοκλῆς*) *μηδὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον*

---

[1]) Vid. Foerst. Lib. opp. vol. V p. 450 adnot. 1: *„Argumentum eodem fonte (Neanthe Cyziceno? vel Idomeneo?) nititur, ad quem Cornelius Nepos Them. 1, Plutarchus Them. 2, Valerius Maximus VI 9 ext. 2, Aelianus var. hist. II 12, alii redeunt. Multas vero res Libanius ex Herodoto et Aristidis ὑπὲρ τῶν τεττάρων oratione (t. II p. 238 sqq. ed. Dindorf.) libavit".*

[2]) Eadem ac Plutarchus narrat Cornelius Nepos Them. 2,7: *Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a deo significari murum ligneum.* Conf. Polyaen. strateg. I 30, 1.

τεῖχος ἢ τὰς ναῦς; adhibent enim Plutarchus et Libanius eandem locutionem (*λέγων — δηλοῦσθαι, δηλοῦσθαι λέγοντος*)[1]. Neque verba Libanii *καὶ παραινοῦντος ἐκλείπειν τὴν πόλιν* Herodoto debentur, quoniam apud hunc non Themistocles Atheniensibus suadet, ut urbem relinquant, sed ipsi *κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται σώζειν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας* (VIII 41). Sed sequentia *ἦσαν οἱ μὴ βουλόμενοι τοῦτο καὶ καταμείναντες — — βουληθέντες* ad Herodotum referenda sunt, qui narrat nonnullos, qui Athenis remansissent (*φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρῃσί τε καὶ ξύλοισιν — δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήιον, τὸ ἡ Πυθίη σφιν ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι* VIII 51), arce a Persis expugnata partim de muris se praecipitavisse, partim in templo, quo confugissent, necatos esse. In § 18 rhetor Neoclem ex Themistocle quaerentem facit haec: *τὴν μεγάλην ταύτην καὶ θαυμαστὴν ναυμαχίαν πῶς συνήγαγες; ἆρ' ἑκόντων Ἑλλήνων καὶ βουλομένων συμπλέκεσθαι; καὶ μὴν ἐδέδοκτο φεύγειν καὶ ζητεῖν αἰσχρὰν σωτηρίαν. ἀλλ' ὅμως ταῦτα ἐγνωκότας ἔδειξας ἐξαίφνης ἐν μέσῳ τῶν βαρβάρων ὥστ' ἀνάγκην εἶναι ναυμαχεῖν. καὶ οἷς ἔδρων οὐχὶ βουληθέντες ἐνίκων καὶ ὧν ἔλαβον ἄν, εἰ προῄσθοντο, παρὰ σοῦ δίκην, ἀντὶ τούτων σὲ σωτῆρα τῆς Ἑλλάδος καλοῦσιν;* haec et ipsa ad Herodotum spectant, qui VIII 75 sq. narrat Themistoclem per nuntium Xerxi suasisse, ut Graecos dissentientes prope insulam Salaminem aggrederetur, et Xerxem hoc consilium secutum Graecos adortum esse, qui pugnare coacti victoriam a Persis reportavissent. Recte igitur a Libanio victoria Salaminia Themistocli tribuitur[2]. (Quod eadem legatio a Libanio significatur in decl. I § 104 verbis: *Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνος — — τῇ δὲ* [scil. *ἀπάτῃ*] *ἔσωσε τὴν Ἑλλάδα*[3]) et in § 107: *τὸ τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἐξηπατῆσθαι πατέρων*, hoc iam Markowski[4]) recte demonstravit; nam Themistocles ea re quod Graecos decepit, victoriam peperit.) Tum in §§ 38 et 39 rhetor dicit: *οἱ περὶ*

---

[1]) Ad eadem referenda sunt, quae dicit Libanius vol. IV p. 1124, 29 R: *Θεμιστοκλέα — τὸ ξύλινον εὑρίσκοντα τεῖχος τὰς ναῦς.*

[2]) Similiter Cornel. Nep. Them. 4, 5: *Victus ergo est magis etiam consilio Themistocli quam armis Graeciae* (scil. *barbarus).*

[3]) Cf. Thuc. I 74, 1: *Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα.*

[4]) De Libanio Socratis defensore, Bresl. Phil. Abh. fasc. 40, 1910, p. 113.

τῶν ἐκ Λαυρίου χρημάτων λόγοι, δι' ὧν ἔπεισας Ἀθηναίους ἀντὶ τοῦ νέμεσθαι ναῦς ποιεῖν, ὁ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου ζῆλος, ῥημάτων ἐξήγησις, ναυμαχίαι δύο περὶ Εὔβοιαν καὶ νῖκαι, ψήφισμα μετοικίζον εἰς τὴν θάλατταν τὴν πόλιν, ὁ τῶν ἔργων κολοφών, ἡ Σαλαμίς, περὶ ἣν τὴν Ἀσίαν ἐβάπτισας. 39: σὺ τὸν νομισθέντα θεὸν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως, ἣν ἦγε, τὸν ἀναλώσαντα πινομένους ποταμούς, τὸν ὑπὸ γῆν μὲν δείξαντα θάλασσαν, τριήρεις δὲ πλεούσας δι' ὀρῶν μέσων, τὸν τὰ τῶν νεφῶν πρὸς τὸν ἥλιον ἐργαζόμενον τοῖς βέλεσι, σὺ τοῦτον ἀνέστησας μὲν ἐκ τοῦ θρόνου ναυμαχῶν, ἠνάγκασας δὲ πλεῦσαι τὸν τοῦ τρέμοντος πλοῦν; haec dilucide demonstrant Libanium, quod ad bellum Persarum attinet, non modo Herodotum, sed etiam Plutarchi et Cornelii Nepotis fontem secutum esse[1]). Plutarchus tradens Themistoclem Atheniensibus suasisse, ut ea pecunia, quae ex metallis Lauriis redibat et usque ad illud tempus inter cives quotannis dispertiebatur, classis aedificaretur, verbum *διανέμεσθαι* usurpat, cui apud Libanium verbum *νέμεσθαι* respondet, Herodotus autem verbis utitur his: *ἔμελλον λάξεσθαι* (scil. *Ἀθηναῖοι*) *ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δραχμάς· τότε Θεμιστοκλῆς ἀνέγνωσεν Ἀθηναίους τῆς διαιρέσιος ταύτης πανσαμένους νέας ποιήσασθαι.* Tum verba *ὁ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου ζῆλος* conferenda sunt cum eis, quae dicit Plutarchus in cap. 3: Themistoclem gloria, quam Miltiades victoria Marathonia a Persis reportata assecutus esset, ad eum imitandum incitatum esse[2]), id quod in Herodoti Historiis nullo loco scriptum invenimus. Verba *ῥημάτων ἐξήγησις* illam oraculi interpretationem, de qua paulo supra diximus, significant. Sequentia *ναυμαχίαι δύο περὶ Εὔβοιαν καὶ νῖκαι* intellegere non possumus nisi ea re, quod Herodotus tradidit Graecos primo concursu ad Artemisium promunturium Persas vicisse (VII 194 et 195) et in secundo proelio navali ad hoc promunturium commisso a Persis non victos esse, sed triginta naves Persarum cepisse (VIII 10 et 11); Atheniensibus autem, qui illis proeliis maximam partem classis miserant (VIII 1), praefuit Themistocles (VIII 4), ita ut Neocles apud Libanium recte dicat illas victorias Themistoclis

---

[1]) Vide pag. 11 adn. 1.

[2]) Cf. etiam Cornel. Nep. Them. 5, 3: *Haec altera victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo.*

opera esse partas. — Pergit Libanius: *ψήφισμα μετοικίζον εἰς τὴν θάλατταν τὴν πόλιν*, quae verba iterum cum Plutarcho conveniunt narrante Them. 10 Athenienses urbe relicta naves conscendere constituisse, quo in capite substantivum illud *ψήφισμα* quater legitur. Sed quae dicit Libanius: *τὸν νομισθέντα θεὸν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως, ἣν ἦγε*, haec sine dubio ad Her. VII 56 referenda sunt, ubi Hellespontium quendam Xerxis exercitum contemplantem facit exclamantem: „*ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξην θέμενος ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα θέλεις ποιῆσαι ἄγων πάντας ἀνθρώπους; καὶ γὰρ ἄνευ τούτων ἐξῆν τοι ποιέειν ταῦτα*". Porro verba: *τὸν ἀναλώσαντα πινομένους ποταμοὺς* facile intelleguntur ex eo, quod exercitum Persarum contra Graecos proficiscentem fluminum aquas defecisse Herodotus narrat; velut VII 21: *κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν;* et VII 43: *ἀπικομένου δὲ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ ποταμὸν Σκάμανδρον, ὃς πρῶτος ποταμῶν, ἐπείτε ἐκ Σαρδίων ὁρμηθέντες ἐπεχείρησαν τῇ ὁδῷ, ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον οὐδ' ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τε καὶ τοῖσι κτήνεσι πινόμενος* et VII 58: *ἐνθεῦτεν δὲ* (scil. *ὁ στρατὸς*) *κάμπτων τὸν κόλπον τὸν Μέλανα καλεόμενον καὶ Μέλανα ποταμὸν οὐκ ἀντίσχοντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον ἀλλ' ἐπιλιπόντα* et in cap. 108: *Λίσος ποταμὸς* —, *ὃς τότε οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε* et in cap. 109: *ταύτην* (scil. *τὴν λίμνην*) *τὰ ὑποζύγια μοῦνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε* et in cap. 127: *Χείδωρος* (scil. *ποταμὸς*) *μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος ἀλλ' ἐπέλιπε* et in cap. 196: *τῶν μὲν νυν ἐν Θεσσαλίῃ ποταμῶν Ὀνόχωνος μοῦνος οὐκ ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον πινόμενος· τῶν δὲ ἐν Ἀχαιίῃ ποταμῶν ῥεόντων οὐδὲ ὅστις μέγιστος αὐτῶν ἐστι Ἠπιδανός, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλαύρως.* (Eadem significantur a Libanio in oratione XI 178: *τοσαύτης στρατιᾶς συνειλεγμένης, ὅση παρ' ἄλλοις καὶ τὸ ὕδωρ ἐλέγξαι πινόμενον.*) Deinde quid sibi velint verba Neoclis: *τὸν ὑπὸ*[1]) *γῆν μὲν δείξαντα θάλασσαν*, cognoscitur ex Her. VII 36, quo loco, quem in modum Xerxes in Hellesponto

[1]) Hoc loco praepositionem *ὑπὸ* fortasse delendam esse eo potius Foerstero assentior, quod Libanius vol. IV 981, 1 R ad eadem alludens dicit: *Ξέρξης ὁ τῆς Ἀσίας δεσπότης ὁ μεταποιῶν τὴν γῆν τε καὶ τὴν θάλασσαν.*

pontem fecerit, describitur; nam postquam pontem perfecerunt, Persae *γῆν ἐπεφόρησαν, κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν.* Tum quae Neocles dicit: *τριήρεις δὲ πλεούσας δι᾽ ὀρῶν μέσων*, spectant ad Athonem montem a Xerxe intercisum (Her. VII 22—24), ut naves Persarum tuto veherentur neve ut antea in priore expeditione contra Graecos facta ad illius montis promunturium affligerentur, qua fossa Persarum naves usas esse legimus apud Her. VII 122: *Ὁ μὲν νυν ναυτικὸς στρατός, ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω καὶ διεξέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην.* Porro quae dicit Neocles *τὸν τὰ τῶν νεφῶν πρὸς τὸν ἥλιον ἐργαζόμενον τοῖς βέλεσι*, ea explicari non possunt nisi ex iis, quae Herodotus narrat VII 226; nam hoc loco Lacedaemonius quidam, cum quidam barbaros, si sagittas arcu emitterent, multitudine earum soli ipsi tenebras obducturos esse nuntiavisset, exclamat Graecos cum Persis pugnaturos esse sub umbra. Et cum Libanius paulo post Neoclem pergentem facit: *σὺ τοῦτον ἀνέστησας μὲν ἐκ τοῦ θρόνου ναυμαχῶν*, significat ea, quae Herodotus tradit VIII 90: *Ξέρξης — καθήμενος ὑπὸ τῷ ὄρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος, τὸ καλεῖται Αἰγάλεως*; praeterea sine dubio significat id quod apud Her. VII 212 de Xerxe narratur: cum ad Thermopylas permultos Persas a paucis Graecis trucidari vidisset, *λέγεται βασιλέα θηεύμενον τρὶς ἀναδραμεῖν ἐκ τοῦ θρόνου δείσαντα περὶ τῇ στρατιῇ.* Sed Libanium illo loco memoriam destituisse apparet, quoniam illis verbis de pugnis navalibus Themistocle duce ad Artemisium commissis utitur, non de proelio ad Thermopylas facto. Denique quae profert Neocles: *ἠνάγκασας δὲ* (scil. *Ξέρξην*) *πλεῦσαι τὸν τοῦ τρέμοντος πλοῦν*, et ipsa Herodoto debentur, apud quem VIII 117 et 118 scriptum videmus Themistoclem ad Xerxem misisse, qui nuntiarent Graecos pontes in Hellesponto factos rescindere in animo habere, quo nuntio allato Xerxes quam celerrime domum rediisset.

Ut e Neoclis, ita e Themistoclis *ἀντιλέγοντος* verbis potest cognosci Libanium non modo Herodotum sed etiam alium fontem secutum esse. Nam Themistoclem inducit loquentem decl. X § 27: *διήλλαττον τοὺς Ἕλληνας πρὸς αὐτούς, τὴν γνώμην εὕρισκον τοῦ Πυθίου, ἀντέσχον πρὸς τὴν φήμην ἐκείνην καὶ τὸν λόγον τῆς βασιλέως στρατείας· Ξέρξης ἐλαύνει τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας μικροῦ πάντας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἄγων, κα-*

λύπτεται δὲ καὶ ἡ γῆ πεζῷ πολλῷ καὶ ναυσὶ θάλασσα· ποταμοὺς δὲ ἤλεγξεν ἡ στρατεία πιοῦσα· τῶν τοξοτῶν δὲ ἀφιέντων βέλη, τὸ ὑπὸ τούτοις σκιά. γῆν δὲ ποιεῖ τοῖς ὁπλίταις καὶ ταῖς τριήρεσι θάλατταν καὶ δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι θεῶν ὁ μέγιστος ἐν ἀνθρώπου τύπῳ πάντα κινεῖν· τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ μὲν φόβῳ συνακολουθοῦσιν, οἱ δὲ ἡσυχάζειν ἐγνώκεσαν. Verba *διήλλαττον τοὺς Ἕλληνας πρὸς αὑτοὺς*[1] conferas cum iis quibus Plutarchus Them. 6 utitur: *μέγιστον δὲ πάντων τὸ καταλῦσαι τοὺς Ἑλληνικοὺς πολέμους καὶ διαλλάξαι τὰς πόλεις ἀλλήλαις*; apud Herodotum autem omnes Graeci, qui Persis resistere volebant, sua sponte bella inter sese coorta decreverunt componere. Etiam illud *τὴν γνώμην εὕρισκον τοῦ Πυθίου* Plutarcho magis convenit quam Herodoto, id quod iam supra (p. 11) demonstravimus de declamatione *Νεοκλῆς* inscripta. Sequentia verba: *καλύπτεται δὲ καὶ ἡ γῆ πεζῷ πολλῷ καὶ ναυσὶ θάλαττα* Diodoro Siculo simillima sunt, qui magnitudinem Persarum copiarum indicans dicit XI 5, 3: *φασὶ γὰρ τοὺς ἀενάους ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνέχειαν ἐπιλιπεῖν, τὰ δὲ πελάγη τοῖς τῶν νεῶν ἱστίοις κατακαλυφθῆναι*, cum Herodotus loquatur VII 45: *ὥρα* (scil. *ὁ Ξέρξης*) *πάντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ τῶν νεῶν ἀποκεκρυμμένον.* Verum tamen quae apud Libanium sequuntur, ad Herodotum eodem iure referenda sunt, quo verba Neoclis[2]), quibus prorsus respondent. Quod ita se habere ut demonstremus, verba Themistoclis cum Neoclis conferamus:

Θεμιστοκλῆς decl. X § 27:	*Νεοκλῆς* decl. IX § 39:
ποταμοὺς δὲ ἤλεγξεν ἡ στρατεία πιοῦσα	*τὸν ἀναλώσαντα πινομένους ποταμούς*
τῶν τοξοτῶν δὲ ἀφιέντων βέλη τὸ ὑπὸ τούτοις σκιά	*τὸν τὰ τῶν νεφῶν πρὸς τὸν ἥλιον ἐργαζόμενον τοῖς βέλεσι*
γῆν δὲ ποιεῖ τοῖς ὁπλίταις καὶ ταῖς τριήρεσι θάλατταν	*τὸν ὑπὸ γῆν μὲν δείξαντα θάλασσαν, τριήρεις δὲ πλεούσας δι' ὀρῶν μέσων*
καὶ δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι θεῶν ὁ μέγιστος ἐν ἀνθρώπου τύπῳ πάντα κινεῖν.	*τὸν νομισθέντα θεὸν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως, ἣν ἦγε.*

[1]) Conf. etiam Her. VII 145 et Aristid. Panath. t. I p. 248 ed. Dind.

[2]) Vide pag. 14 sq.

Sed etiam quae Libanius dicit: *τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ μὲν φόβῳ συνακολουθοῦσιν, οἱ δὲ ἡσυχάζειν ἐγνώκεσαν* ad Herodotum revocanda sunt; nam quae Graecorum civitates regi Persarum aquam et terram dedissent, scriptum videmus apud Her. VII 132; et quae nationes toto bello afuissent et neutris auxilio venissent, tradit idem VII 148–152, 163–164, 168–171. Libanii vero verba: *οὐδ' ἐπὶ ξενίαν τοὺς ἐπὶ τὴν βῶλον ἥκοντας ἐκάλεσα κήρυκας, ἀλλ' ἀπέκτεινα* iterum ad Plutarchi fontem spectare mihi videntur, quoniam apud eum legimus Them. 6: *ἔργον ἐν τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν. ἑρμηνέα γὰρ ὄντα συλλαβὼν διὰ ψηφίσματος ἀπέκτεινεν* (scil. *ὁ Θεμιστοκλῆς*). — Et quae Themistoclem rhetor loquentem facit in decl. X § 31 ed. F.: *ταύτας* (scil. *τὰς νίκας*) — *ἀνῃρήμην ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ πρώτῃ ναυμαχίᾳ καὶ δευτέρᾳ καταναυμαχῶν, πρᾶγμα δείξας ἀνέλπιστον Ἕλλησι βαρβάρους ὑφ' ἡμῶν κατὰ θάλατταν ἡττωμένους*, quoniam Neoclis verbis *ναυμαχίαι δύο περὶ Εὔβοιαν καὶ νῖκαι* et ipsis ex Herodoto petitis[1]) prorsus respondent, eadem de causa atque illa Halicarnasseo deberi putanda sunt. — Quod Libanius § 34: commemorat *βασιλέως δρασμόν*, hoc et ipsum ex Herodoto delibatum est; nam legimus apud eum VIII 97: *Ξέρξης δρησμὸν ἐβούλευε* et VIII 100: *Μαρδόνιος δὲ ὁρέων μὲν Ξέρξην συμφορὴν μεγάλην ἐκ τῆς ναυμαχίης ποιεύμενον, ὑποπτεύων δὲ αὐτὸν δρησμὸν βουλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηνέων.* — Tum in decl. X § 35 victoriam Salaminiam cum Marathonia comparans rhetor dicit: *κἀκεῖ μὲν πεντήκοντα μυριάδες στρατιᾶς, ἐνταῦθα δὲ πεντακόσιαι*, quo loco cum profert ad Salaminem quingentas militum Persarum myriades fuisse, hoc accepit ex Her. VII 186, ubi legimus: *πεντακοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ καὶ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατοντάδας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου.* — Neque ea ab Herodoto aliena sunt, quae Libanius Themistoclem loquentem fingit in decl. X § 40: *δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μή με τοῦτο τῆς εὐνοίας ἀποστερήσῃ τῆς τῶν Ἐλευσινίων θεῶν, δέδοικα μή μοι δυσμενῆ ποιήσῃ τὰ πνεύματα, μὴ τοὺς Αἰακίδας ἐχθρούς, μὴ τὴν θάλασσαν ἐναντίαν;* nam Themistocles hoc loco confite-

[1]) Vide pag. 13.

tur se timere, ne, si pietatem erga matrem neglexisset, eos deos, qui ipsum in pugna ad Salaminem commissa adiuvissent, sibi inimicos redderet; *Ἐλευσινίας* autem *θεὰς* Atheniensibus favisse accepit ex Her. VIII 65, ubi narratur: *ἔφη δὲ Δίκαιος — — —, ἐπείτε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω ἐοῦσα ἔρημος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν — ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ, ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπ' Ἐλευσῖνος ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κῃ τρισμυρίων, ἀποθωμάζειν τέ σφεας τὸν κονιορτὸν ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκατε φωνῆς ἀκούειν, καί οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἴακχον* et paulo post Demaratus censet: *περὶ δὲ στρατιῆς τῆσδε* (scil. *τῆς τῶν Ἑλλήνων*) *θεοῖσι μελήσει;* tum verba *μή μοι δυσμενῆ ποιήσῃ τὰ πνεύματα* pertinent ad Boream, quem Athenienses ad Athon montem et ad Artemisium promunturium legimus apud Her. VII 189 ea re adiuvisse, quod Persarum navium magnam copiam deleret; Aeacidas ab Atheniensibus auxilio arcessitos esse Herodotus tradit VIII 64: *εὐξάμενοι γὰρ πᾶσι θεοῖσιν αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο, ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νέα ἀπέστελλον ἐς Αἴγιναν* et VIII 84: *Αἰγινῆται δὲ* (scil. *λέγουσι*) *τὴν κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν εἰς Αἴγιναν, ταύτην εἶναι τὴν ἄρξασαν* (scil. *τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης*). Denique verba *μὴ τὴν θάλατταν ἐναντίαν* (scil. *ποιήσῃ τοῦτο*) ea re explicantur, quod Graeci, postquam multae Persarum naves ad Sepiadem promunturium vi maris naufragium fecerunt, Neptuno grates egerunt, quod eos servavit, ut Herodotus narrat VII 192: *τοῖς δὲ Ἕλλησιν οἱ ἡμεροσκόποι ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ὁ χειμὼν ὁ πρῶτος ἐγένετο, ἐσήμαινον πάντα τὰ γενόμενα περὶ τὴν ναυηγίην. οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο, Ποσειδέωνι σωτῆρι εὐξάμενοι καὶ σπονδὰς προχέαντες — ὀπίσω ἠπείγοντο* et VII 193: *Ποσειδέωνος σωτῆρος ἐπωνυμίην ἀπὸ τούτου ἔτι καὶ ἐς τόδε νομίζοντες* (scil. *Ἕλληνες*).

3. Transeamus ad declamationem, quae inscribitur: *Κίμων αἰτῶν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δεθῆναι*[1]. Etiam in hac haud paucis locis Libanius ex Herodoto pendet[2]. Velut dicit in

[1] Vol. IV p. 335—348 R = vol. V p. 511—528 F.

[2] Vide Foerst. ed. Liban. vol. V pag. 508 adnot. 1: *„In rebus vero singulis Libanius Herodotum magis quam Ephorum secutus est etc."*

decl. XI § 2: *τὸ μὲν οὖν βέλτιον ἦν — — τὴν αὐτὴν Κυναιγείρῳ τε καὶ Καλλιμάχῳ δέξασθαι τελευτήν* spectans ad illum Cynegirum et ad Callimachum illum polemarchum, quos ad Marathonem pugnantes cecidisse legimus apud Her. VI 114 [1]). Tum in § 3 Libanius loquitur: *ἥκει τοὺς αὐτοῦ προγόνους Κίμων οὑτοσὶ καταλέξων Μιλτιάδας καὶ Στησαγόρας* [2]) *καὶ Κίμωνας, μέγα πεπίστευκεν ἔχειν εἰς τὸ πεῖσαι τὴν Χερρόνησον, οὐκ ἔλαττον τὴν Λῆμνον, ἣν τῆς πόλεως ἐποίησε σοφίᾳ Πελασγοὺς ἐκβαλών;* haec et ipsa ex Herodoto delibata sunt, qui VI 34—39 de Cimonis maioribus, h. e. de Miltiade maiore, de Cimone maiore, de Stesagora, de Miltiade minore tradit. Eosdem Cimonis maiores Libanius enumerat in eadem declamatione § 31 ed. F.: *Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος τοῦ Στησαγόρου.* Dicens *μέγα πεπίστευκεν ἔχειν εἰς τὸ πεῖσαι τὴν Χερρόνησον* significat Chersonesum a Miltiade subactam (Her. VI 39). Commemorans *Λῆμνον, ἣν τῆς πόλεως ἐποίησε σοφίᾳ Πελασγοὺς ἐκβαλών* in animo habet, quod Halicarnasseus narrat VI 139—140 Pelasgos, qui antea Lemnum obtinuissent, cum sese Atheniensibus, si navis borea usa uno die ex illorum terra Lemnum accessisset, insulam tradituros esse olim polliciti essent rati hoc fieri non posse, a Miltiade e Chersoneso, quae tum Atheniensium fuisset, profecto expulsos esse. — Cum Libanius in § 6 Cimonem interrogantem fingit *τίς δώσει πεντήκοντα τάλαντα;* in animo habet ea, quae Herodotus commemorat VI 136: *ζημιώσαντος δὲ* (scil. *τοῦ δήμου τὸν Μιλτιάδεα*) *κατὰ τὴν ἀδικίην πεντήκοντα ταλάντοισι κτλ.* (Sed *„Miltiadem in vinculis mortuum esse, id quod exhibet Libanius decl. I § 155 ὁ μὲν Μιλτιάδης δεδεμένος ἀπέθνησκεν, neque Herodotus tradit, qui VI 136 Miltiadem magna pecunia solvenda multatum brevi post diem supremum obiisse narrat neque Plato“* [Markowski l. c. p. 113.]) In § 9 rhetor dicit: *οὐκ ἔστιν ἐκεῖνος Μιλτιάδης ὁ πέμπων εἰς Σπάρτην τὸν Φιλιππίδην οὐδ' ὁ καλῶν Λακεδαιμονίους οὐδ' ὁ μελλόντων τρέχων οὐδ' ὁ μυρίους ἄγων ἐπὶ τὰς*

---

[1]) Conf. Polemonis illas duas de Cynegiro et Callimacho declamationes (ed. H. Hinck, Lips. 1873).

[2]) Hoc pro *Τισαγόρας* recte scripsit Foerster e codice Laurentiano LIX 30 coll. locis Herodoti VI 34—39 et Libanii decl. XI § 31; iam Reiskius coniecit *Στησαγόρας*.

πεντήκοντα μυριάδας οὐδ' ὁ πείθων μηδὲν τῶν δεινῶν δεδιέναι; etiam haec Herodoto debentur, apud quem legimus VI 105: οἱ στρατηγοὶ (quorum princeps erat Miltiades) ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην[1]), qui Lacedaemonios auxilio arcesseret[2]), id quod verba ὁ καλῶν Λακεδαιμονίους significant. Verbis ὁ μελλόντων τρέχων Miltiades idem significatur, qui Athenienses currentes contra Persas duxit (Her. VI 112), cum Lacedaemonii domi manentes moram facerent. Dicens ὁ πείθων μηδὲν τῶν δεινῶν δεδιέναι ad illa Miltiadis verba spectat, quibus Callimachum polemarchum ad pugnam Marathoniam committendam incitavit, ut Herodotus tradit VI 109. Quod rhetor Cimonem exclamantem facit in § 11: οὐ μὰ τὴν Δήμητρα, τὴν ἡμῖν δυσμενῆ, hoc intellegitur ex ea re, quod Miltiades in insula Paro in templum Cereris invasit et murum transiliens femur fregit, quo vulnere mortuus est, ut narrat Herodotus VI 134—136. Quod dicit rhetor § 20 F ἐκεῖνος κατεγέλασε τῶν δεσμῶν, οὓς ἐκόμιζον ἐν ταῖς ναυσὶν οἱ τοῦ Δαρείου σατράπαι, hoc cum Foerstero refero ad ea, quae Halicarnasseus memoriae prodidit in VI 94: ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε (scil. ὁ Δαρεῖος Δᾶτίν τε καὶ Ἀρταφρένεα) ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν ἀνάγειν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα et in VI 102: Χειρωσάμενοι (scil. οἱ Πέρσαι) δὲ τὴν Ἐρέτριαν καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας ἔπλεον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν κατέργοντές τε πολλὸν καὶ δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν. (Quod etiam in Κορινθίων λόγῳ dicens [decl. XIII § 55]: οἰκτρὸν ἦν καὶ τὸ εἰς Σοῦσα καὶ Βάκτρα τὰς νήσους ἀναστῆναι, ἀλλὰ κἀκείνους ὡς ἀνθρώπους οἱ σαγηνεύσαντες ἀπήγαγον in animo habet et in Καλλαίσχρου λόγῳ[3]) dicens: τοὺς μετ' Ἐρετριέων ἐπιθυμοῦντας καὶ Ναξίων εἰς Σοῦσα καὶ τὰς Ἀθήνας μετενεγκεῖν (decl. XIV § 22); nam Naxii nonnulli a Persis subacti et in servitutem abducti erant

---

[1]) Nonne cum Hudio scribendum est Φιλιππίδην, quod et Libanius et Pausanias et ipse Herodotum secutus praebent? Huc accedit, quod etiam Herodoti codex Romanus 123 a Steinio littera R signatus uno ex tribus locis formam nominis Φιλιππίδην habet. Propterea etiam apud Plutarchum mor. p. 862 A Φιλιππίδην scribendum est.

[2]) Eadem narrantur apud Pausaniam I 28, 4 deprompta quidem ex Herodoto.

[3]) Vol. IV p. 447—459 R = vol. VI p. 87—108.

(Her. VI 96), qui cum Eretriensibus prope urbem Susa collocati sunt (Her. VI 119.) Sed nemo Atheniensis a Persis servitute oppressus est, id quod significat, cum Cimonem gloriantem facit § 20: *οὐδεὶς μετ' Ἐρετριέων ἐδέθη*[1].) — Item verba Cimonis § 24: *Πάρον εἶδεν ἐκεῖνος* (scil. *ὁ Μιλτιάδης*) *συνευξαμένην τοῖς βαρβάροις καὶ τῆς ἐκείνων μερίδος αὐτὴν πεποιηκυῖαν* Herodoto debentur, qui narrat VI 133: *παραλαβὼν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατιὴν ἔπλει ἐπὶ Πάρον πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι τριήρει ἐς Μαραθῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ.* Neque alienum esse videtur ab Herodoto, quod Cimo conclamat in § 35: *πρὸς Ἡρακλέους καὶ Πανός, εἰ καὶ μέρος αὐτοὺς ἐποίησαν τῆς στρατιᾶς, ἣν Μιλτιάδης ἦγεν;* nam Pānem deum Atheniensibus favisse accepimus ab Herodoto, qui VI 105 Panem interrogantem facit Philippidem, qui ab Atheniensibus Spartam, ut auxilium peteret, missus est, haec: *δι' ὅτι ἑωυτοῦ οὐδεμίην ἐπιμελείην ποιεῦνται ἐόντος εὐνόου Ἀθηναίοισι καὶ πολλαχῇ γενομένου σφι ἤδη χρησίμου, τὰ δὲ ἔτι καὶ ἐσομένου*[2]), quibus auditis Athenienses Pani fanum dedicaverunt. Etiamsi Herculem Atheniensium partis fuisse Herodotus nullo loco tradidit, tamen dubitari non potest quin Libanius Panem Atheniensium socium nominans ad Halicarnasseum spectet. (Similia sunt, quae invenimus in or. V 40: *ἦν μὲν γὰρ — — ἐν τοῖς μυρίοις τούτοις ὁ Πὰν αὐτὸν παρακαλέσας* et in or. XVIII 65: *καὶ τοῖς Ἀθηναίοις μεῖζον εἰς δόξαν τὸ μεθ' Ἡρακλέους καὶ Πανὸς πρᾶξαι τὰ λεγόμενα Μαραθῶνι ἢ εἰ τῶν θεῶν χωρὶς ταῦτα ἐδεδύνηντο* et in or. XXX 32: *λαμπρὸς μὲν ὁ Μαραθὼν οὐ διὰ τοὺς μυρίους μᾶλλον Ἀθηναίων ἢ διὰ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Πᾶνα.* Ad Philippidem Libanius etiam in comparatione *ἀγροῦ καὶ πόλεως* [vol. IV 1008, 21 R]: *Φιλιππίδης — —, τῷ Πανὶ παρὰ τὸ Παρθένιον ἔτυχεν* respicit.)

---

[1]) Aristides eadem ex Herodoto petivit in oratione de quattuor viris t. II p. 233, 10 et 226, 4 ed. Dind.; vide Alfr. Haas, Quibus fontibus Aelius Aristides in componenda declamatione, quae inscribitur *πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων* usus sit, diss. Gryphiswaldiae 1884, p. 21.

[2]) Conf. Aristid. t. II p. 230, 21 et 231, 13 (Haas l. c. p. 24). Polem. or. I § 35; or. II § 41. 62; vid. etiam H. Jüttner, De Polemonis rhetoris vita operibus arte, Bresl. Phil. Abh. VIII 1 p. 49 infr. Anth. Plan. IV 132.

4. Denique etiam in ea declamatione, quae inscribitur *Τίμων ἑαυτὸν προσαγγέλλει* (decl. XII) nonnulla Herodotea inveniuntur. Velut in § 38 rhetor Timonem querentem facit, quod, ut Alcibiadi puero amato placeat, debeat *τὰ σεμνὰ θρυλεῖν διηγήματα, ἃ κέρδος ἦν σιωπᾶν· τοὺς Ἀλκμαιωνίδας*[1], *τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν — τὴν ἐν Σαλαμῖνι Κλεινίου ναυμαχίαν ἐπαινεῖν, τὴν Ξανθίππου παρὰ Μυκάλην στρατηγίαν θαυμάζειν, τὴν Ἀγαρίστην ἐκπλήττεσθαι.* Alcibiades filius erat Cliniae et Dinomachae, filiae Megaclis Alcmaeonidae. Itaque verba *τὴν ἐν Σαλαμῖνι Κλεινίου ναυμαχίαν* referenda sunt ad patrem Alcibiadis, de quo legimus apud Herodotum VIII 17: *τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω, ὃς δαπάνην οἰκηίην παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ;* nam etiamsi hoc loco de proelio ad Artemisium promunturium commisso agitur, tamen Foerstero[2] assentior Libanium illo loco memoriam destituisse. (Ad eadem referenda sunt, quae leguntur in Libanii Apologia Socratis decl. I § 137: *Κλεινίαν καὶ μάχας καὶ τελευτὴν ἔνδοξον* [scil. *Ἀλκιβιάδης ἀκούει*]). Item verba *Ξανθίππου παρὰ Μυκάλην στρατηγίαν* ad Herodotum revocanda sunt, qui VIII 131 memoriae tradit Xanthippum Atheniensium classi praefuisse, quae cum ceteris Graecorum navibus ad Mycalen montem Persarum classem vicit; etiam Xanthippus ex gente Alcmaeonidarum fuit. Porro *Ἀγαρίστην* cum Foerstero scribendum est pro *Διαρίστην*[2]. Hoc enim loco Libanius illam Agaristen significat, Clisthenis Sicyoniorum tyranni filiam, quam, ut legimus apud Her. VI 126, pater *ἠθέλησεν Ἑλλήνων ἁπάντων ἐξευρὼν τὸν ἄριστον τούτῳ γυναῖκα προσθεῖναι* et secundum eundem VI 130 Megacli Alcmaeonidae uxorem dedit; erat autem avia Megaclis, qui Alcibiadis avus erat. Postquam has res Herodoto deberi demonstravimus, nostro iure suspicamur etiam verba *τοὺς Ἀλκμαιωνίδας, τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν* ad Herodotum pertinere, qui tradidit V 62 Pisistratidas ab Alcmaeonidis Athenis expulsos esse. („*Pisistratum tyrannum eiusque filios, quos commemorat decl. I* [*ἀπολογία Σωκράτους*] *§ 54 ἐπῄνεσεν ἂν Πεισίστρατον, ἐθαύμασεν ἂν Ἱππίαν,*

[1]) Conf. Isocr. or. XVI (big.) § 25 sqq.
[2]) Mus. Rhen. XXXII p. 89.

ἠγάσθη ἂν Ἵππαρχον, Libanius imprimis ex Herod. I 59—64. V 55. 62 et ex Thuc. I 20, 2—3. VI 53, 3—59, 1 noverat" [Markowski l. c. p. 112].)

C. Sed etiam ceteris scriptis, quorum argumentis cum Herodoto nulla res est, Libanius permultas sententias ex Herodoti Historiis delibatas inseruit.

1. Ac primum quidem de iis dicamus sententiis, quas complures unum in locum rhetor coegit.

Ordiamur a declamatione quae inscribitur *λόγος κατ' Αἰσχίνου πυλαγόρου*[1]), in qua legimus §§ 30 et 31: *ἧκεν ἄγων ποτὲ τὴν Ἀσίαν καὶ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον ἐφ' ἡμᾶς* (scil. *τοὺς Ἀθηναίους*) *ὁ Πέρσης. ὡς δὲ πολλοῖς ὀλίγους καταχώσας τοὺς Λακεδαιμονίων ἐν Πύλαις ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν χώραν, τὴν μὲν γῆν ἀφεῖσαν οἱ τότε Ἀθηναῖοι, τὴν θάλασσαν δὲ ἀντὶ τῆς πόλεως εἶχον. ὁ δὲ ὧν κατέσκαψε τὴν πόλιν, τούτων ἡττᾶτο ναυμαχῶν. οἰόμενος δὲ αὐτοὺς μάχῃ μὲν οὐκ ἂν ἁλῶναι δῶρ' ἔτ' ἂν ἴσως ἕτοιμος ἦν τὰ μὲν δοῦναι, τὰ δὲ ἀποδοῦναι, ἀποδοῦναι μὲν γῆν καὶ πόλιν, δοῦναι δὲ χρήματα ἀμύθητα καὶ τὸ ἄρχειν Ἑλλήνων, καὶ φίλῳ χρήσασθαι τῷ Ἀσίας δεσπότῃ — πάντα ἡγοῦντο* (scil. *οἱ τότε Ἀθηναῖοι*) *βλάβην καὶ οὐκ ἐδέχοντο τὰ αὐτῶν οὕτω κομίσασθαι μεῖζον εἰς συμφορὰν ἡγούμενοι τὸ τὸν ἅπαντα χρόνον ἐπὶ τῶν τριήρων σαλεύειν.* Quae quin Herodoto debeantur nemo dubitabit; inveniuntur enim apud Libanium complura vocabula eadem, quibus Herodotus in iisdem rebus narrandis usus est. Velut conferamus Libanii verba: *ὡς δὲ πολλοῖς ὀλίγους καταχώσας τοὺς Λακεδαιμονίων ἐν Πύλαις* cum Herodoto, qui de pugna ad Thermopylas commissa dicit VII 225: *σφέας — ἀλεξομένους μαχαίρῃσι — καὶ χερσὶ καὶ στόμασι κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν ἐξ ἐναντίης ἐπισπόμενοι καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες, οἱ δὲ περιελθόντες πάντοθεν περισταδόν.* Item verbis Libanii *ὡς δὲ — ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν χώραν, τὴν μὲν γῆν ἀφεῖσαν οἱ τότε Ἀθηναῖοι, τὴν θάλασσαν δὲ ἀντὶ τῆς πόλεως εἶχον* respondent Herodoti verba VIII 49: *ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀπεῖτο ἤδη* et VIII 61: *ὁ Θεμιστοκλῆς — ἑωυτοῖσί τε* (scil. *τοῖσι Ἀθηναίοισι*) *ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων ἤπερ ἐκείνοισιν* (scil. *τοῖσι Κορινθίοισι*), *ἔστ' ἂν διηκόσιαι νέες*

[1]) Vol. III p. 396—433 R = vol. VI p. 192—239 F.

σφιν εἶναι πεπληρωμέναι. Et inde quod in eodem capite Herodotus censet Graecos, si ab Atheniensibus deserti essent, Persis nullo modo resistere potuisse, explicari potest, quod Libanius pergit dicere Xerxem ab Atheniensibus victum esse (ὁ δὲ ὧν κατέσκαψε τὴν πόλιν, τούτων ἡττᾶτο ναυμαχῶν). Item verba sequentia: οἰόμενος δὲ αὐτοὺς μάχῃ μὲν οὐκ ἂν ἁλῶναι δῶρ' ἔτ' ἂν ἴσως ἕτοιμος ἦν τὰ μὲν δοῦναι, τὰ δὲ ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι μὲν γῆν, δοῦναι δὲ χρήματα ἀμύθητα καὶ τὸ ἄρχειν Ἑλλήνων ex Herodoto originem ducunt, qui narrat VIII 140 Alexandrum Amyntae filium a Mardonio ad Athenienses missum esse, ut eos ad foedus faciendum commoveret; nam Xerxes ei mandaverat haec: Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐξ ἐκείνων ἐς ἐμὲ γενομένας πάσας μετίημι· νῦν τε ὧδε, Μαρδόνιε, ποίει· τοῦτο μὲν τὴν γῆν σφιν ἀπόδος, τοῦτο δὲ ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοί, ἥν τινα ἂν ἐθέλωσι ἐόντες αὐτόνομοι· ἱρά τε πάντα σφι, ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα; quod illo loco Libanius commemorat χρήματα ἀμύθητα, hoc rhetor ipse videtur finxisse. Tum verba φίλῳ χρήσασθαι τῷ Ἀσίας δεσπότῃ ad ea pertinent, quibus Alexander orationem finit apud Herodotum VIII 140 β: πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁμαρτάδας ἀπιεὶς ἐθέλει φίλος γενέσθαι. Eandem illam Alexandri legationem rhetor in eadem declamatione respicit § 66: Ἀλεξάνδρου τοῦ κηρυκεύοντος Ξέρξῃ et paulo post[1]) Ἀλέξανδρος μὲν ἐκεῖνος ἐπιτήδειος ὢν τοῖς Ἕλλησι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐντεῦθεν λαβών[2]); ἐπιτήδειον eum Graecis fuisse apud Herodotum saepius legimus velut VII 173: καί σφιν (scil. τοῖσι Ἕλλησι) εὔνοος ἐφαίνετο ἐὼν ὁ Μακεδών et VIII 136: ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος ὅτι πρόξεινός τε εἴη καὶ εὐεργέτης (scil. τοῖσι Ἀθηναίοισι) ὁ Ἀλέξανδρος et VIII 140 β, quo loco Alexander ipse dicit: ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ ἐμεῦ οὐδὲν λέξω, οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε, et VIII 143, quo loco Athenienses ei respondentes loquuntur: οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν ἐόντα

---

[1]) Hoc iam Reiskius in editione Herodoto tribuit.

[2]) Conf. Harpocr. s. v. Ἀλέξανδρος: — — οὗτός ἐστιν ὁ ἐπικαλούμενος φιλέλλην.

πρόξεινόν τε καὶ φίλον et IX 45, ubi Alexander ipse profitetur: *οὐ γὰρ ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος· αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὠρχαῖον καὶ ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα.* (Eadem Alexandri legatio a rhetore respicitur in Apologia Socratis [decl. I] § 90 verbis: *ὑμῖν — γὰρ ἐξῆν, ὦ Ἀθηναῖοι, κοινωνῆσαι βασιλεῖ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων χρημάτων καὶ μερίτας γενέσθαι τῆς οὔσης εὐδαιμονίας αὐτῷ, ὅτε τῇ μεγάλῃ ναυμαχίᾳ πληγεὶς τῇ περὶ τὴν νῆσον ταύτην τὴν πλησίον τὰς ἀπὸ τῶν ὁπλισμῶν ἐλπίδας προέμενος ἐπὶ τὸ διὰ πλούτου κτᾶσθαι τὴν πόλιν ἤρχετο καὶ πέμπων ἐπηγγέλλετο τάλαντα ἀμύθητα χωρὶς τῆς εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον εὐνοίας*[1]). *ἀλλ' οὐκ — οἱ τῆς γῆς ἐκβεβλημένοι καὶ τὰς τριήρεις οἰκοῦντες — ἔλαβον;* haec quoniam eis, de quibus paulo supra disputavimus, prorsus respondent, et ipsa ad Herodoti auctoritatem refero. Item verba apud Libanium sequentia *δίκην μὲν οὖν ἔλαβον* [scil. *οἱ Ἀθηναῖοι*] *παρὰ τοῦ τολμήσαντος εἰπεῖν, ὡς δεῖ λαβεῖν* debentur Herodoto[2]), qui narrat IX 5: *Λυκίδην κατέλευσαν βάλλοντες*, quoniam ea quae Mardonius Atheniensibus, si Persarum partes secuti essent, promisit, ad populum referre voluit; et verba *οὐκ ἠνείχοντο πλουτεῖν μετὰ τῆς ϑητείας, ἣν ἀναγκαῖον ἦν εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Μήδῳ γεγενημένην* spectant[3]) ad ea quae Athenienses apud Her. VIII 144 respondent legatis Lacedaemoniorum: *οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα.*) In eadem illa *κατ' Αἰσχίνου πυλαγόρου* declamatione § 67 Demosthenem Athenienses interrogantem facit haec:

[1]) Markowskium (l. c. p. 117) sequi non possum, qui verba *χωρὶς τῆς εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον εὐνοίας* refert ad Her. IX 4: *ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε προέχων μὲν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας*; nam illa verba aeque ac verba *φίλῳ χρήσασθαι τῷ Ἀσίας δεσπότῃ* (vid. pag. 24) spectant ad Her. VIII 140 β, ubi Alexander Atheniensibus promittit Xerxem eis, si partes Persarum secuti essent, non modo magnas opes daturum, sed etiam amicum in perpetuum futurum esse (*βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισιν ὑμῖν Ἑλλήνων — θέλει φίλος γενέσθαι*); praeterea apud Her. VIII 140 bis exstat locutio *τὸν πάντα χρόνον,* ad quam Libanii verba *εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον* redire puto.

[2]) et [3]) Markowski (l. c. p. 117) hos locos iam adnotavit.

ταῦτα πιστεύσειεν ἄν, εἰ πύθοιτο βασιλεύς, ὅτι οἱ τὸν σὸν προπάτορα τὸν καλύψαντα τῇ δυνάμει γῆν τε καὶ θάλασσαν, τρέμοντα τῆς Εὐρώπης ἐξελάσαντες καὶ δραπετεύειν ἐφ' ἑνὸς ἀναγκάσαντες πλοίου, καταλύσαντες ἐκεῖνο τὸ φρόνημα, προσκυνοῦσι Φίλιππον, quae verba simillima sunt eis, quae supra citavimus ex decl. X 27 [1]) et ex decl. IX 39 [2]); dicit enim rhetor in

decl. X 27 F: *καλύπτεται δὲ καὶ ἡ γῆ πεζῷ πολλῷ καὶ ναυσὶ θάλασσα*	*τὸν καλύψαντα τῇ δυνάμει γῆν τε καὶ θάλασσαν*
decl. IX 39 F: *ἠνάγκασας πλεῦσαι τὸν τοῦ τρέμοντος πλοῦν*	*τρέμοντα τῆς Εὐρώπης ἐξελάσαντες καὶ δραπετεύειν ἐφ' ἑνὸς ἀναγκάσαντες πλοίου.*

Propterea verba § 67: *τρέμοντα — πλοίου* eodem iure ac verba in decl. IX 39 F: *ἠνάγκασας — πλοῦν* refero ad Herodotum, qui narrat VIII 118: *ἐπειδὴ Ξέρξης — ἀπίκετο ἐπ' Ἠιόνα — — ἐπὶ νεὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην;* quo navigio cum veheretur, eum saeva tempestate orta non servatum esse, nisi Persae, qui eum comitati essent, in mare se praecipitavissent. Paulo post in § 67 rhetor de Atheniensibus disputat: *οἱ μικρὸν ὕδωρ καὶ βῶλον γῆς οὐ δόντες, τὸν τῆς γῆς, ὡς αὐτοί φασιν, ὀμφαλὸν δεδώκασι· οἱ τὸν τῶν κηρύκων οὐκ αἰδεσθέντες νόμον, ὅτε τούτων ἐμνημόνευσαν, ὑπῆλθον δουλείας ζυγὸν καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, Φίλιππον δὲ στεφανοῦσιν*; haec et ipsa ad Herodotum spectare mihi videntur, qui VII 133 narravit praecones a Dareo missos ut aquam terramque poscerent, ab Atheniensibus necatos esse, quamquam eadem apud Plutarchum Them. 6 leguntur; nam Libanii verba *οἱ τὸν τῶν κηρύκων οὐκ αἰδεσθέντες νόμον* puto redire ad ea, quae apud Herodotum paulo post illum locum VII 136 Xerxes Lacedaemoniis crimini dat: *κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα ἀποκτείναντας κήρυκας.* Quae legimus in § 75: *ἐπέβη τῆς ἀκροπόλεως Ξέρξης, ἀλλ' Ἀθηναίων ἐκλελοιπότων τὴν πόλιν,* haec et ipsa Herodoti auctoritati tribuenda sunt, qui narrat VIII 41: *οἱ Ἀθηναῖοι – ἐξέλιπον τὴν πόλιν* et VIII 54: *Ξέρξης – –*

[1]) Pag. 16.
[2]) Pag. 15.

συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἑωυτῷ δὲ ἑπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῦσαι τὰ ἱρὰ ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν, quo ex loco Libanius suspicatus est Xerxem arcem Athenarum ascendisse. Ab Herodoto petivit rhetor et illud, quod iam Reiskius adnotavit § 84: *πυλαγόρας Αἰσχίνης, καὶ Φίλιππος ἀμφικτύων. βέλος δὲ οὐδέν, Ἄπολλον, ἐξ οὐρανοῦ μιμούμενον τὰς τοῦ Παρνασσοῦ κορυφάς, αἳ τοῖς βαρβάροις ἄνωθεν καταθέουσαι προσέπεσον, καὶ τὸ ὄρος ἀντὶ στρατοπέδου πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἤρκεσεν*; nam Herodotus tradit VIII 37: *ἐπεὶ γὰρ δὴ ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηίης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσιν ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτοὺς καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων*, quo loco Libanius dicens *βέλος — ἐξ οὐρανοῦ μιμούμενον τὰς τοῦ Παρνασσοῦ κορυφὰς* in unum confudit prodigia illa duo, quae Herodotus in illo capite narravit: *ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοί* et *ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαί*. Quae legimus § 40: *ναῦς ᾤετο δεῖν ποιησάμενος Κροῖσος ἐπιθέσθαι ταῖς νήσοις, ἀλλὰ Βίαντος· οὐ συμφέρον διδάξαντος ἀπέστη τοῦ πλεῖν*, haec deprompta sunt ex Her. I 27, quo loco traditur: *ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο —, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε* (scil. *ὁ Κροῖσος*) *νέας ποιησάμενος ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτῃσι*, sed cum omnia iam praeparata essent, Croesum classem fabricari vel Biante vel Pittaco auctore desiisse, qui eum ab insulanis pugna navali facile vinci posse docuissent. Et quae paulo post Libanius commemorat § 40: *ἡμεῖς ποτε καὶ Θηβαῖοι παρεταξάμεθα πρὸς μάχην καὶ μελλόντων χρήσεσθαι τοῖς δόρασιν ἐφάνησαν Κορίνθιοι διαλλακταὶ καὶ ἀπήλθομεν πρὸ τῶν τραυμάτων*, haec et ipsa ex Herodoto delibata sunt; narrat enim VI 108 Thebanos bellum intulisse Plataeensibus, quibus Athenienses auxilio venissent, et pergit dicere: *μελλόντων δὲ συνάπτειν μάχην Κορίνθιοι οὐ περιεῖδον, παρατυχόντες δὲ καὶ καταλλάξαντες ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων οὔρισαν τὴν χώρην*, quibus locis uterque formam *μελλόντων* adhibet. (Ex hoc loco Herodoti intelleguntur, quae Libanius in epistula 1084 scribit: *τῶν Κορινθίων οὐ γεγόναμεν εἰς τὸ διαλλάξαι χείρους.*)

Nunc agamus de eis sententiis, quae in declamatione *ὁ*

Δημοσθένης ἀποθνήσκειν ἀξιοῖ[1]) inscripta Herodoto debentur. Scriptum invenimus in pag. 242, 25 sqq.: *τοῦτον μέντοι τὸν δῆμον* (scil. *τῶν Ἀθηναίων*) — — — *οὐχ ἡ πάντα κινήσασα τοῦ βαρβάρου στρατιὰ καὶ πεζεύσασα μὲν διὰ γῆς, πεζεύσασα δὲ διὰ θαλάττης, ἣν ἔδησεν, ἐκβαλοῦσα δὲ καὶ πόλεως καὶ χώρας τοὺς Ἀθηναίους καὶ τοῦ μηδὲν ἀνάξιον ὑπομεῖναι τῆς δόξης· καὶ ταῦτα ἤδη καλῶς ὁ τούτου* (scil. *τοῦ Φιλίππου*) *πρόγονος Ἀλέξανδρος, ὃς τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ λαβεῖν τι παρ' ὑμῶν, ὥστε φέρων τὰς μεγάλας βασιλέως δωρεὰς μόλις ἐσώζετο.* Verbis *πεζεύσασα δὲ διὰ θαλάττης* significat illos pontes, quos Xerxes in Hellesponto fecit, quorum memoriam Libanium iam supra duobus locis[2]) vidimus repetivisse. Et cum dicit *θαλάττης, ἣν ἔδησεν*, in animo habet, quae narrantur apud Her. VII 35 Xerxem pontibus qui ab ipso facti erant vi maris rescissis iratum catenas in Hellespontum demitti iussisse. Etiam Alexandrum a rege Persarum ad Athenienses missum, quem hoc loco rhetor sine dubio significat, compluribus locis apud Libanium commemorari iam supra cognovimus[3]). Sed quod profert *φέρων τὰς μεγάλας βασιλέως δωρεὰς μόλις ἐσώζετο*, hoc utrum ad Herodotum an ad alium fontem referendum sit, nescio; nam apud Halicarnasseum Athenienses Alexandro respondent VIII 143: *σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε· οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον.* (Sed Lycurgus rhetor de Atheniensibus praedicat [Leocr. § 71]: *οὕτω γοῦν ἐφίλουν τὴν πατρίδα πάντες, ὥστε τὸν παρὰ Ξέρξου πρεσβευτὴν Ἀλέξανδρον φίλον ὄντα αὐτοῖς πρότερον, ὅτι γῆν τε καὶ ὕδωρ ᾔτησε, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν.*)[4])

In declamatione *ἐξήτησεν ὁ Φίλιππος τὸν Δημοσθένην*[5]) *κτλ.* inscripta (decl. XXII § 29) Libanius Demosthenem res a maioribus bene gestas laudibus efferentem facit his: *τοῦτο μὲν τὸν ὑπὲρ τῶν Ἡρακλειδῶν πρὸς Πελοπόννησον* (scil.

---

[1]) Vol. IV 240—253 R = vol. VI 266--289 F.

[2]) Vide pag. 14 et 16.

[3]) Vide pag. 24 sq.

[4]) Haec mihi videntur originem ducere ex Her. IX 5, de quo loco paulo supra (pag. 25) diximus.

[5]) Vol. IV 253—279 R = vol. VI p. 346—369.

ἀγῶνα), πρὸς Πελοπόννησον ὅλην, ἣν ἧκεν ἄγων Εὐρυσθεύς, ὃς αὐτῷ πράγματα παρεῖχεν Ἡρακλεῖ, τοῦτο δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν νεκρῶν πρὸς Θηβαίους, ἄνδρας ἐπηρμένους τῇ νίκῃ καὶ διὰ τὴν παροῦσαν τύχην τοιαῦτα ὑβρίζοντας. Hoc loco sequitur Herodotum, apud quem IX 27 Athenienses in oratione ad Tegeatas habita eisdem rebus ab ipsis gestis gloriantur: τοῦτο μὲν τούτους (scil. τοὺς Ἡρακλείδας) πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, σὺν ἐκείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον, τοῦτο δὲ Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Quae quamquam afferuntur etiam in Demosthenis orat. XVIII § 186 et in Pseud. Dem. Epitaph. § 8 et paucis verbis commemorantur in Platonis Menex. pag. 239 B, tamen illa Libanii verba ad Herodoti auctoritatem refero, quippe qui eodem modo ac Libanius illas duas sententias verbis τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ proferat. (Illud bellum ab Atheniensibus Thebanis illatum solum commemorat sophista in declamatione Καλλαίσχρου λόγος[1]) inscripta § 22 ὦ Ἀθηναῖοι — — οἵ γε ὑπὲρ μὲν ἀλλοτρίων νεκρῶν πόλεμον ἤρασθε πρὸς Θηβαίους.)

In epistula 47 ad Modestum scripta rhetor loquitur: εἰ δὲ τὸ πλέον ἰσχυρότερον ἦν, ἔδει δήπου τὸν τούτου (scil. τοῦ Πέρσου) πρόγονον κτήσασθαι τὴν Ἑλλάδα. νῦν δὲ οἶσθα, ὡς ἐστράτευε μὲν ἐκείνης ἐπιθυμῶν, φεύγων δὲ ἐκεῖθεν ἐπεθύμει σωθῆναι. οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν ἦν ὄρη τε διορύττειν καὶ ἀνδρῶν κρατεῖν ἀρετῆς. Hoc loco verbis τὸν τούτου πρόγονον Xerxem nominari iam Wolfius animadvertit. Verba ὄρη — διορύττειν indicant Athon montem a Xerxe intercisum, ad quem etiam aliis locis Libanium respicere iam supra vidimus[2]). Et quae dicit: εἰ δὲ τὸ πλέον ἰσχυρότερον ἦν, haec sine dubio spectant ad Herodoti verba I 136, quo loco de Persis narrat: τὸ πολλὸν δὲ ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι.

---

[1]) Vol. IV 447—459 R = vol. VI 87—108.

[2]) Pag. 15 et 16.

In oratione[1]) XVIII, quae inscribitur *Ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ*, Libanius § 295 haec dicit: *ἀλλὰ Λυδῶν μὲν βασιλεῖς, ὦ Ζεῦ, σπέρμα Γύγου τὴν χεῖρα οὐ καθαροῦ, ὁ μὲν εἰς ἔτη προῆλθεν ἐννέα καὶ τριάκοντα, ὁ δὲ εἰς ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος ὁ δυσσεβὴς δορυφόρος εἰς δυοῖν δέοντα τετταράκοντα, τούτῳ δὲ* (scil. *Ἰουλιανῷ*) *τρίτον προσάψασθαι μόνον ἐπὶ τοῦ μείζονος θρόνου δέδωκας, ὃν ἔδει πλείονος, εἰ δὲ μή, μήτοι γε ἐλάττονος ἢ Κῦρον τὸν μέγαν ἀξιῶσαι χρόνον τὰ πατέρων καὶ αὐτὸν πρὸς τοὺς ἀρχομένους τετηρηκότα.* Hoc loco commemorans *ὁ μὲν εἰς ἔτη προῆλθεν ἐννέα καὶ τριάκοντα* Libanius sine dubio filium Gygis, illum Ardyn significat, de quo Herodotus dicit I 16: *Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἑνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα*; quare cum Foerstero[2]) facio apud Libanium pro *τριάκοντα* scribendum esse *τετταράκοντα* censente potius quam *„memoriam destituisse Libanium“*, quoniam ceteros annorum numeros illo loco exactos ex Halicarnasseo deprompsit ita ut illa componens huius Historias ante oculos habuisse videatur. Verba *ὁ δὲ εἰς ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα* spectant ad Alyattem, Ardyis nepotem, quem quinquaginta septem annos regnavisse Herodotus narrat I 25. Iamvero verba *αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος ὁ δυσσεβὴς δορυφόρος εἰς δυοῖν δέοντα τετταράκοντα* ad Gygem ipsum referenda sunt, quem duodequadraginta annos regnavisse Halicarnasseus I 14, 3 memoriae prodidit; Gyges enim, priusquam Candaule interfecto et uxore eius in matrimonium ducta regno potitus esset (Her. I 12), *δορυφόρος* fuerat Heraclidarum, id quod legimus Her. I 91: *Κροῖσος δὲ πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα ἐξέπλησε, ὃς ἐὼν δορυφόρος Ἡρακλειδέων δόλῳ γυναικηΐῳ ἐπισπόμενος ἐφόνευσε τὸν δεσπότεα.* (Eadem rhetor revocat in or. XXV 69: *ὁ Λυδὸς δορυφόρος κτείνας μὲν τὸν δεσπότην, τὰ δ' ἐκείνου κτησάμενος, τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν ἀρχήν*[3]).) Tum illo loco dicens *ὃν ἔδει πλείονος, εἰ δὲ μή, μή-*

---

[1]) Sententias et res, quae in orationibus Libanii et declamationibus I—XII Herodoto debentur, omnes fere iam Foerster in editione adnotavit.

[2]) Lib. opp. vol. II p. 365, adnot. ad l. 10: *„τετταράκοντα ex Herodoto scribendum erit, cf. Mus. Rhen. XXXII 92, nisi memoriam destituisse Libanium statuere mavis“.*

[3]) Conf. Her. I 12; *ἀποκτείνας αὐτὸν* (scil. *Κανδαύλεα*) *ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης.*

τοι γε ἐλάττονος ἢ Κῦρον τὸν μέγαν ἀξιῶσαι χρόνου Libanius in animo habet, quod Herodotus testatur I 214, 4: Κῦρος τελευτᾷ βασιλεύσας τὰ πάντα ἑνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα. Denique verba Libanii τὰ πατέρων καὶ αὐτὸν πρὸς τοὺς ἀρχομένους τετηρηκότα talem in modum explicanda sunt, ut Libanius significet Iulianum iis, qui in imperio eius fuissent, patrem fuisse sicut Cyrum, quem a Persis patrem nominatum esse Herodotus tradit III 89: λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ, ὁ μέν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα, ὁ δέ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος, ὁ δέ, ὅτι ἤπιός τε καὶ ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο.

In oratione LIX[1]), quae inscribitur Βασιλικὸς εἰς Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα, dicit rhetor § 51 illos duos imperatores cum Persarum regibus comparans: Ξέρξην μὲν οὖν εἴπωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν ἀνοίᾳ τὰ μέγιστα δυστυχήσαντα καὶ Καμβύσην τὸν εἰς μανίαν ἐκκυλισθέντα· Δαρεῖον δέ, εἴ τῳ φίλον, παραθέντες ἐξετάσωμεν καὶ Κῦρον ἐκεῖνον, οὗ τὸ θαῦμα μικροῦ σύμπαντας κατέσχε. Κύρου μὲν τοίνυν εὐθὺς γενομένου κατεψηφίσθη θάνατος καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν προσηκόντων, καὶ εἰ μὴ συμφορὰ γυναικὸς βουκόλου τὸ βρέφος διέσωσεν, οὐκ ἂν ἦν Κῦρος οὐδαμοῦ. 52. ἀνδρωθεὶς δὲ καὶ κινήσας Πέρσας Μήδοις ἐπελθὼν τὸν πάππον διέφθειρε, τὸ μέν τι πλεονεξίας ἐπιδειξάμενος, τὸ δὲ δυσσεβείας οὐ πόρρω. τὸ μὲν γὰρ τὴν οὐ προσήκουσαν ἀρχὴν ἁρπάσαι πλεονεξίας, τὸ δὲ προσεῖναί τινα περὶ τοὺς οἰκείους φόνον οὐκ εὐσεβές. Δαρείῳ δὲ τὴν βασιλείαν ἔδωκαν ἱπποκόμου τέχνη καὶ ἵππος δύσερως καὶ χρεμετισμὸς μεμηχανημένος. De quibus verbis ut disputemus, Libanius Ξέρξην nominat τὸν ἀνοίᾳ τὰ μέγιστα δυστυχήσαντα propterea, quod ille dementia captus ea, quae Artabanus admonuit (Her. VII 10), neglegens in Graecia tantas calamitates accepit. Verba Καμβύσην τὸν εἰς μανίαν ἐκκυλισθέντα spectant ad ea, quae de Cambysis insania traduntur Her. III 30 sqq., apud quem verbum μαίνομαι saepius legimus (III 30: ἐμάνη, III 33 et 34: ἐξεμάνη, III 37: ἐξεμαίνετο). (Cambyses mente captus etiam aliis locis a Libanio commemoratur velut in or. XVII 32: Καμβύσης,

[1]) Ad hanc orationem nonnulla Herodotea, quae iam Foerster adnotavit, protulit Carolus Gladis, De Themistii, Libanii, Iuliani in Constantium orationibus, diss. Vratisl. 1907, p. 45.

ἀλλὰ μαινόμενος et in or. XI 63: *τὴν ἀγριότητα Καμβύσου* et in scriptiuncula *ψόγος ὀργῆς* inscripta vol. IV 989, 13 R: *ὀργῇ Καμβύσης τὰ πολλὰ ἐκεῖνα ἐξήμαρτε.*) Tum quod eodem illo loco sophista pergit: *Κύρου εὐθὺς γενομένου κατεψηφίσθη θάνατος καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν προσηκόντων*, hoc ad id pertinet, quod Herodotus narrat I 108 Astyagem Harpago imperavisse, ut Cyrum puerum necaret. Et quod accidit tum, cum Astyages Cyrum interfici iussit, ut uxor pastoris, cui Harpagus puerum exponendum tradiderat, mortuum natum ederet, quare Cyrus servatus est, ad id referenda sunt rhetoris verba *συμφορὰ γυναικὸς βουκόλου τὸ βρέφος διέσωσεν*, quo loco Libanius Herodotum secutus verbo *βρέφος* utitur[1]). Pergit Halicarnasseus I 123—130 narrare a Cyro, postquam ad aetatem virilem pervenerit, Astyagi regnum ademptum esse, id quod respicit Libanius verbis: *ἀνδρωθεὶς*[2]) *δὲ καὶ κινήσας Πέρσας Μήδοις ἐπελθὼν τὸν πάππον διέφθειρε*; sed quod paulo post dicit: *προσεῖναί τινα περὶ τοὺς οἰκείους φόνον*, in hac re pendet ex Isocrate, qui in or. IX (Euagor.) § 38 per errorem censet: *Κῦρος δὲ τὸν πατέρα τὸν τῆς μητρὸς ἀπέκτεινεν*, non ex Herodoto[3]). (Ad eundem Cyrum refero Libanii verba in or. XII quae inscribitur *Εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον*, § 66: *ὑποχωρείτω τοίνυν τῷ βασιλεῖ καὶ Κῦρος ὁ μέγας ἐν θεοφιλῶν κρίσει. καὶ γὰρ εἰ τοῦ ποιμένος ἔτυχεν εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ μεμάχηταί γε τῷ πάππῳ.*) Item Herodoto debetur, quod dicit Libanius *Δαρείῳ δὲ τὴν βασιλείαν ἔδωκαν ἱπποκόμου τέχνη καὶ ἵππος δύσερως καὶ χρεμετισμὸς μεμηχανημένος*; nam, ut Herodotus narrat III 84—87, cum Persarum principes, qui Smerdin interfecerant, constituissent ut is rex fieret, cuius equus postero die primus hinnitum edidisset, agaso Darei dolo effecisse dicitur, ut equus domini primus hinniret, quare ille rex factus est.

2. Adhuc disputavimus de eis sententiis ab Herodoto delibatis, quas Libanius complures unum in locum coegit; nunc exponamus de eis quae singulae hic illic inveniuntur, eis quidem exceptis, quas iam supra occasione data tractavimus.

---

[1]) Vide Her. I 111 extr.

[2]) Vide Her. I 123: *Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ κτλ.*

[3]) Conf. Her. I 130: *Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος κακὸν μὲν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας εἶχε παρ' ἑωυτῷ, ἐς ὃ ἐτελεύτησε.*

a. Plurima quidem Libanius ex iis deprompsit, quae Herodotus de Persis eorumque regibus narrat. In or. LIX 24 rhetor dicit: *Κῦρον — οἱ σεμνύνοντες ὄψιν ἐν τοῖς ὕπνοις Ἀστυάγει γενέσθαι φασίν, ὡς ἐκ Μανδάνης τῆς ἐσομένης Κύρου μητρὸς ἀναβλαστήσειέ τε ἄμπελος καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἐπιλάβοι*, id quod spectat ad illud Astyagis somnium ab Herodoto traditum I 108: *συνοικεούσης δὲ τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης ὁ Ἀστυάγης τῷ πρώτῳ ἔτεϊ εἶδε ἄλλην ὄψιν, ἐδόκεε δέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον, τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν.* Hoc somnium Libanius iterum respicit in eiusdem orationis § 29 interrogans: *τίνος ἀμπέλου θαλλούσης ἐν ὀνείρασιν οὐκ ἀμείνω – σημεῖα;* item in epistula 1521 ad Clearchum scripta hoc somnium rhetor in animo habere videtur dicens: *οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ μὲν φῦσαν ἄμπελον, ἐπισχοῦσαν δὲ τὴν γῆν.* — In declamatione *Κορινθίων λόγος*[1]) inscripta, in qua de Potidaeatis agitur, quibus Athenienses obsessione tantam famem intulerunt, ut cives civium carnes ederent, legimus vol. VI decl. XIII § 56 F: *οὐδὲ Καμβύσης εἰς τοσοῦτον ἧκεν, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐξ Αἰθιόπων ἐπανήγαγεν ἀρχόμενον τοιοῦτον κακὸν μίαν γενέσθαι τοιαύτην τράπεζαν*; haec et ipsa debentur Herodoto, qui III 25 tradit Cambyse contra Aethiopes profecto milites summa fame oppressos commilitonum carnes edisse: *ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτῶν τινες ἐργάσαντο· ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτῶν ἀποκληρώσαντες κατέφαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον ὀπίσω ἐπορεύετο κτλ.* — Quod in or. LIX 65 dicit: *ἀκούων δὲ* (scil. *ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς*) *τοὺς προγόνους ἑαυτοῦ Δαρεῖον καὶ Ξέρξην ἔτεσι δέκα τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων μετρῆσαι παρασκευήν*, hunc numerum haud dubie Herodoto debet, qui tradit VII 1 Dareum ante defectionem Aegyptiorum tres annos bellum cum Graecis gerendum paravisse et quarto anno eo acrius, quod etiam Aegyptii in potestatem redigendi fuissent, et VII 4 Dareum anno post Aegyptiorum defectionem bellum parantem mortuum esse et

[1]) Vol. IV 348—373 R.

VII 20 Xerxem et ipsum, postquam Aegyptios subegisset, qua in re certe totum annum consumpsit, quattuor annos bellum paravisse; recte igitur Libanius Dareum et Xerxem per decem annos bellum cum Graecis gerendum paravisse dicit[1]. — In eiusdem orationis paragrapho 87 rhetor, postquam incolas urbis cuiusdam Persarum expugnatae in Thracia a rege collocatos esse narravit, censet: *δίκην ὑπὲρ τῶν ἐξ Εὐβοίας ἀνηρπασμένων ἐπράξατο ἀντὶ τῶν Ἐρετρικῶν γενῶν τούσδε ἐκ τῆς ἐκείνων ἀνασπάσας*; quibus verbis spectat ad illos Eretrienses, quos a Datide et Artapherne ex Euboea traductos et a rege Dareo prope urbem Susa collocatos esse Herodotus tradit VI 101 et 119, id quod etiam alio loco a Libanio respici iam supra demonstravimus[2]. In or. XVI[3] 7 Antiochenses, quia *φθόνος τις* urbem premeret, iamdudum patriam relinquere et aliam terram petere debuisse existimat ut illos Phocaeenses, quos Harpago aggrediente domo emigravisse Herodotus I 164 narrat. — In or. XI[4] 73 dicens *Δαρείῳ μὲν οὖν ἐπὶ Σκύθας ἐλαύνοντι Τέαρος ἐν Θρᾴκῃ ποταμὸς ἔδοξεν εἶναι κάλλιστος* rhetor significat quae Herodotus narrat IV 90 sq.: Dareum contra Scythas proficiscentem Tearum fluvium propter salubritatem fontium optimum et pulcherrimum omnium fluviorum nominavisse et ad eum columnam erexisse, in qua inscripsisset haec: „*Τεάρου ποταμοῦ κεφαλαὶ ὕδωρ ἄριστόν τε καὶ κάλλιστον παρέχονται πάντων ποταμῶν· καὶ ἐπ᾽ αὐτὰς ἀπίκετο ἐλαύνων ἐπὶ Σκύθας στρατὸν ἀνὴρ ἄριστός τε καὶ κάλλιστος πάντων ἀνθρώπων, Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεος, Περσέων τε καὶ πάσης τῆς ἠπείρου βασιλεύς*“. — Eandem contra Scythas expeditionem in animo habet Libanius in ep. 192 ad Andronicum missa scribens: *νικῶντες ὥσπερ οἱ Σκύθαι, φεύγοντες γὰρ νικῶσι, ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν τὸ ἐπ᾽ ἁμαξῶν οἰκεῖν τοῦτο παρεῖχε*; nam Scythae

---

[1] Quod Wolfius ad ep. 47 adnotat: „*Herodotus (VII 7) et Iustinus (II 10) testantur eum* (scil. Xerxem) *per quinquennium CLXX hominum myriadas, quibus Graeciae bellum inferret, coëgisse. Ab illis Iulianus or. I p. 42 hactenus discedit, quod decennium huic apparatui insumtum testatur*“, Iulianus errat, id quod ex Herodoto cognoscitur.

[2] Vide pag. 20.

[3] Inscribitur: *Πρὸς Ἀντιοχέας περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς.*

[4] Inscribitur: *Ἀντιοχικός.*

Dareo gravissima detrimenta intulerunt ea re, quod Persis nunquam resistentes fontes obruerunt et pascua diruerunt (Her. IV 121—141); Scythas in plaustris vixisse tradit Herodotus IV 121: *τὰς δὲ ἁμάξας ἐν τῇσί σφι διαιτᾶτο τὰ τέκνα καὶ αἱ γυναῖκες.* — In or. LIX 96 sophista dicit: *τῆς πορείας τὸ τάχος ᾧ τοὺς Λακεδαιμονίους παρέδραμεν,* quae certe ad Herodotum referenda sunt, qui narrat VI 120: *Λακεδαιμονίων δὲ ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν οὕτω ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ.* Nihilo minus Lacedaemonii Atheniensibus sero venerunt auxilio, id quod rhetor respicit in ep. 252 ad Caesarium missa his verbis: *τοὺς Λακεδαιμονίους μεμίμηταί σου τὰ γράμματα· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μετὰ τῶν ἔργων ἧκον εἰς Μαραθῶνα βοηθεῖν ἐγνωκότες, ἔδει δὲ οὐδὲν ἔτι βοηθεῖν* [1]). Item Libanii verba in ep. 277 ad Acacium missa: *δεῖ δέ σε τὰς αἰτίας πειρᾶσθαι λύειν, διόπερ ἀνέμεινας οὐκ οἰηθεὶς δεῖν Πλαταιεῦσι ἀκολουθῆσαι μᾶλλον ἢ κοινῷ νόμῳ* ex Herodoto intelleguntur; nam Plataeenses Atheniensibus quam celerrime auxilio venerunt (Her. VI 108), Lacedaemonii autem, qui nolebant *λύειν τὸν νόμον* (Her. VI 106), sero advenerunt. Quod apud Herodotum Lacedaemonii Athenienses propter victoriam ad Marathonem de Persis partam laudaverunt, id respiciunt Libanii verba in or. I [2]) 67: *συνέχαιρον ὥσπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην τοῖς Ἀθηναίοις.* — In or. XLII 52 Argivis, qui Athenas a Persis dirui ac deleri passi essent domi manentes (Her. VII 148 sq.), Libanius crimini dat, quod non illos Lacedaemonios essent imitati. — In ep. 1139 ad Fortunatianum missa Libanius dicens: *εἰ μὲν γὰρ ἦσαν ὑμῖν ἄνδρες οἷοι παύειν ἀπειλαῖς* [3]) *μαινομένην θάλατταν, δι' οἵων αὐτῷ Ξέρξην φασὶ διαλλάξαι τὴν θάλατταν* in animo habet, quod Herodotus tradit

---

[1]) Hoc in proverbii consuetndinem venisse testatur Suidas s. v. *Μαραθών· μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην καὶ μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία· ἐπὶ τῶν ἐπὶ ὑποθέσει τινὶ καθυστερησάντων.*

[2]) Inscribitur: *Βίος ἢ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης.*

[3]) *ἀπειλαῖς* Foerster, ut ipse mihi dixit, corrigit ex *ἐπῳδαῖς,* quod in codicibus exstat, conferens Libanii verba in or. XVIII 117: *ἀπειλοῦντα μείζω τοῦ Ξέρξου*; nam verba eorum, qui Hellespontum verberant, non sunt *ἐπῳδαί,* sed *ἀπειλαί.*

VII 35 Xerxem pontibus quos fecerat vi maris rescissis iratum Hellespontum flagris verberari et catenas in eum demitti et stigmate eum puniri iussisse[1]) et verberantes iussu regis dixisse haec: „*ὦ πικρὸν ὕδωρ, δεσπότης τοι δίκην ἐπιτιθεῖ τήνδε, ὅτι μιν ἠδίκησας οὐδὲν πρὸς ἐκείνου ἄδικον παθόν. καὶ βασιλεὺς μὲν Ξέρξης διαβήσεταί σε, ἤν τε σύ γε βούλῃ ἤν τε μή· σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει ὡς ἐόντι καὶ θολερῷ καὶ ἁλμυρῷ ποταμῷ*". — Verba Libanii in or. XII 74: *Δημάρατος ὁ τὰ παρ' ἡμῖν πρὸς ἐκείνους ἐπαινῶν ἀγαθὰ* certe ad Halicarnasseum spectant, qui narrat VII 102 sq. Demaratum, cum ad Dareum confugisset et summis honoribus acceptus esset, apud Xerxem, quem in Graeciam proficiscentem comitaretur, aliquando Graecos eorumque virtutes longa oratione laudavisse. — In or. XV 40, ubi codices praebent *Ξέρξην ἀφέντα μὲν τοὺς κατασκόπους τοὺς ἀντὶ τῶν κηρύκων*, Foerster[2]) inter *κατασκόπους* et *τοὺς* recte inseruisse mihi videtur *ἀφέντα δὲ*; nam hoc loco significantur, quae Herodotus narrat VII 146 et 136: Xerxem exploratores tres Graecos, qui a Persarum ducibus deprehensi et capitis damnati essent, et duos Lacedaemonios, Sperthiam et Bulidem, a civibus missos, quos pro praeconibus Darei a Lacedaemoniis interfectis Xerxes necaret, vivos dimisisse. Ad illos eosdem duos Lacedaemonios Libanius spectat in or. XII 85 dicens: *ἐγὼ δὲ Ξέρξην ἐθαύμαζον οὐκ ἀποκτείναντα τοὺς ἀντὶ τῶν ἀγγέλων ἐπὶ τὸν θάνατον ἥκοντας. κήρυκες ἠδίκηντο παρ' ὅλης πόλεως, εὐκαταφρόνητον τῷ Μήδῳ, καὶ ἅμα τὴν ἀνδρίαν τῶν αὐτοὺς διδόντων ᾐσχύνθη.* — Quodsi in or. XV 40 legimus: *μετὰ τὰς περιβοήτους ἐκείνας ναυμαχίας τὰς μὲν ἥττους, τὴν δὲ ἢ προσόμοιον οὐδέν, δι' ἣν ἡ Σαλαμὶς ὑπὸ τοῦ Πυθίου θεία προσείρητο*, haec significant illa oracula ab Herodoto VII 141—143 memoriae prodita, in quibus Salamis insula a Pythia ter appellatur: „*ὦ θείη Σαλαμίς*"[3]). (Ex iisdem Herodoti locis explicantur verba in decl. *μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ ἐξήτησε τὸν Δημοσθένην*[4]) inscripta XX § 19: *οὐ γὰρ* [scil. *ὁ Πύθιος*] *συνεβούλευσεν ἐπὶ τῶν Μηδικῶν ἃ δεῖ πράττειν, ἀλλ'*

[1]) Eadem commemorat Themistius in or. XIX p. 275, 22 sq.

[2]) Mus. Rhen. XXXII 93.

[3]) Cf. Plut. Them. 10: *διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν — καλεῖν τὸν θεόν.*

[4]) Haec declamatio fortasse non est Libanii; cf. Foerster, Lib. opp. t. VI p. 290 sq.

ἔδει καινοῦ χρησμοῦ τινός; nam Atheniensium nuntii, qui missi erant, ut Apollinem de bello cum Persis gerendo consulerent, cum Pythia respondisset summa mala Athenas pressura esse, rursus deum consuluerunt, id quod Herodotus VII 140 et 141 tradidit.) Ad eadem oracula et ad ea, quae Bacis et Musaeus et Lysistratus de pugna ad Salaminem committenda cecinerunt, ut Herodotus testatur VIII 20 et 96, Libanii verba in or. XV 37: *ναυμαχίαι μετὰ χρησμῶν κατορθούμεναι καὶ πείθουσαι τοὺς βαρβάρους ἀγαπᾶν τοὺς ἀρχαίους ὅρους* referenda sunt; nam Athenienses, qui illis oraculis obtemperaverant, Persas vicerunt. Eodem spectant quae Libanius profert in apologia Socratis (vol. V decl. I § 179): *εἰς δόξαν τῷ μαντείῳ τοῦ Ἀπόλλωνος, — δι' οὗ Μήδους ἀπωλέσατε.* — In ep. 1036 b ad Ulpianum missa Libanius scribit: *μίμησαί μοι τοὺς Ἀθηναίους, ὧν οὐ μᾶλλον ἐπαινοῦμεν τὸ Σαλαμῖνι τρόπαιον ἢ ὅτι εἶξαν τοῖς τὰς ὀλίγας ναῦς παρεχομένοις ἔχοντες ὁπόσας οἶσθα*, quod ex Herodoto hausit, apud quem legimus VIII 3: *ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα τε ποιεύμενοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολεῖται ἡ Ἑλλάς, ὀρθὰ νοεῦντες — ἐπιστάμενοι ὧν αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον*[1]). Quod profert Libanius in or. XI 223: *Ἀθηναίοις μὲν γὰρ ὁ Βορέας συνεναυμάχησε μισθόν, ὥς φασιν, ἧς ἥρπασε κόρης διδοὺς τὴν δωρεάν*, etiam hoc ab Herodoto accepit, qui scribit VII 189: *λέγεται δὲ λόγος, ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορέην ἐκ θεοπροπίου ἐπεκαλέσαντο ἐλθόντος σφι ἄλλου χρηστηρίου τὸν γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι, Βορέης δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον ἔχει γυναῖκα Ἀττικήν, Ὠρειθυίην τὴν Ἐρεχθέος*[2]); et profecto Athenienses a Borea, qui iam antea ad Athon montem eis auxilio venerat (Her. VI 44), iterum ad Salaminem adiuti sunt[3]). Quibus expositis intellegitur, quid sibi velint Libanii verba in declama-

[1]) Cf. Plut. Them. 7.

[2]) Quod Orithyiam a Borea raptam esse rhetor commemorat, hoc inter omnes constabat.

[3]) Eadem narrantur a Pausania I 19, 5 et VIII 27, 13, qui et ipse ex Herodoto pendet.

tione Νεοκλῆς inscripta (IX § 43): *εἶξον δή, πρὸς τῶν θεῶν, πρὸς τῶν ναυμαχιῶν, πρὸς τοῦ Πυθίου, πρὸς Ἰάκχου, πρὸς Βορέου, πρὸς τῆς θείας Σαλαμῖνος.* — In or. LXIV 50 dicens: *Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους καὶ μετὰ τὴν φροντίδα τῶν τριχῶν τὸ κάλλιστον ἔργον ἐξειργασμένους* in animo habet, quae Herodotus de Xerxis exploratore narrat VII 208: *τοὺς μὲν δὴ* (scil. *τῶν Λακεδαιμονίων*) *ὥρα γυμναζομένους, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους* et quae VII 209 Demaratum dicentem facit: „*νόμος γάρ σφι* (scil. *τοῖσι Λακεδαιμονίοισι*) *οὕτως ἔχων ἐστί· ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται*". In or. I 5 dicens *μονομαχιῶν ἐκείνων, ἐν αἷς ἔπιπτόν τε καὶ ἐνίκων ἄνδρες, οὓς ἔφησθα ἂν μαθητὰς εἶναι τῶν ἐν Πύλαις τριακοσίων* eosdem illos Lacedaemonios trecentos (Her. VII 202) indicat, qui Leonida duce ad Thermopylas, quamvis ibi se morituros esse non ignoravissent, tamen restiterunt et, priusquam ipsi cecidissent, Persarum tantam copiam interfecerunt, ut Xerxes ab eis victus esse dici possit. — In or. I 89 Libanii verba *ἐλέγξαντες ἔργῳ μάταιον λόγον, ὡς οὐκ ἀνάγκη τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς φθονεῖν τοὺς κοινωνοῦντας πατρίδος* ad ea spectant, quae Herodotus VII 237 Xerxem inducit dicentem: „*πολιήτης μὲν πολιήτῃ εὖ πρήσσοντι φθονέει καὶ ἔστι δυσμενὴς τῇ σιγῇ*"; eadem significat sophista in ep. 242 ad Maximum scripta dicens: *ἐγένοντο τοῦ φθόνου κρείττους πολῖται πολίτην ἀγαπῶντες.* — In or. XII 48, ubi codices praebent *πλείους μὲν τριήρεις ἐνίκων περὶ Σαλαμῖνα τριακόσιαι*, Reiskio et Foerstero[1]) post *μὲν* inserentibus *χιλίους* assentior; nam hoc loco, ut Foerster recte demonstravit, numerus navium Persarum desideratur, quas mille ducentas septem fuisse legimus apud Her. VIII 66; nam hoc loco Halicarnasseus dicit Persas habere totidem naves quot ad Thermopylas (Her. VII 184); Graecorum autem navium numerum, quae prope Salaminem insulam convenerant, Herodotus tradit VIII 48: *ἀριθμὸς δὲ ἐγίνετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν — τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.* Numeros quidem *ἑβδομήκοντα* et *ὀκτώ* Libanius ut non necessarios illo loco omisit. — Quod rhetor in or. XI 228 de patria sua, quae quamquam

---

[1]) Mus. Rhen. XXXII 92.

deleta esset, tamen resurrexisset, dicit: *ταὐτὸν καὶ παθοῦσα καὶ ποιήσασα τῇ τῆς Ἀθηνᾶς ἐλαίᾳ· καὶ γὰρ ἐκείνην ἐπῆλθε μὲν τῷ πυρὶ Ξέρξης, ὅτ' ἔφθειρε τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ βλαστὸς ἀνέδραμεν εἰς πῆχυν ἐκ τοῦ κεκαυμένου*, in hac re Libanius talem in modum ex Herodoto pendet, ut iisdem fere verbis utatur; narrat enim Halicarnasseus VIII 55 oleam Minervae in arce Athenarum a Persis expugnata incendio combustam et postero die denuo enatam esse: *δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ — ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τι πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα.* — In vol. IV 866, 27 R[1]) Libanius dicit: *Θεμιστοκλῆς ἧκεν εἰς Σπάρτην, οἱ δὲ αὐτὸν ἐστεφάνουν*, id quod ex Her. VIII 124 depromptum est, quo loco quibus honoribus Lacedaemonii Themistoclem affecerint traditur: *ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο θέλων τιμηθῆναι· καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήια μέν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον, σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος Θεμιστοκλεῖ καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης*[2]). — Item Libanii verba in or. XIX 13: *οἱ δὲ πρὸς τὸν Μῆδον τῶν Ἑλλήνων πολεμήσαντες ἐφείσαντο τῶν μετ' ἐκείνου στάντων καὶ ταῦτα ἀνάγκην οὐ μικρὰν εἰς τὴν δίκην ἔχοντες τὰ δεδογμένα περὶ αὐτῶν* ex Herodoto originem duxerunt, apud quem IX 86 scriptum videmus Graecos a Thebanis, qui a Persarum partibus stetissent, solos defectionis auctores expoposcisse, quamquam eos, qui sua sponte Persarum partes secuti essent, omnes Delphico deo esse decimandos constituerant. — Denique epistulam 1457 ad Aristophanem scriptam incipit rhetor his verbis: *Οἶμαι μὲν τὴν φήμην καὶ νῦν, ὃ πάλαι, πεποιηκέναι καὶ διδάξαι τοὺς Ἕλληνας τὰ πάθη τῶν βαρβάρων. Οἶσθα γὰρ ὡς πρότερον αὐτῇ τι τοιοῦτον ἐπέπρακτο ὅτε τοῦ νενικηκότος στρατοπέδου τὴν νίκην ἤγγειλε τῷ μέλλοντι μαχεῖσθαι στρατοπέδῳ καὶ ἐπέῤῥωσεν*; haec quid significent, intellegitur ex Her. IX 100 et 101, ubi de pugna ad Mycalen montem commissa legimus haec: *ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι, προσήισαν πρὸς τοὺς βαρβάρους· ἰοῦσι δέ σφι φήμη τε ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν*

[1]) Locus est *χρείας* inscriptae *Διογένης μειράκιον ἰδὼν κτλ.*

[2]) Plutarchus Themist. 17 eadem narrans et ipse ex Herodoto pendet; dicit enim illo loco: *ἐκείνῳ δὲ* (*Θεμιστοκλεῖ* scil.) *σοφίας ἀριστεῖον ἔδοσαν θαλλοῦ στέφανον.*

καὶ κηρυκήιον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματωγῆς κείμενον· ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι ὧδε, ὡς οἱ Ἕλληνες τὴν Μαρδονίου στρατιὴν νικῷεν ἐν Βοιωτοῖσι μαχόμενοι et paulo post: *φήμη τοῖσι Ἕλλησι τοῖσι ταύτῃ ἐσαπίκετο, ὥστε θαρσῆσαί τε τὴν στρατιὴν πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐθέλειν προθυμότερον κινδυνεύειν.* Libanium in illa epistula ex hoc Herodoti loco pendere eo magis apparet, quod et substantivum *φήμη*, quod apud Herodotum illo loco ter exstat, et substantivum *στρατόπεδον* aeque atque Herodotus adhibet. Et quae dicere pergit sophista in illa epistula: *εἰ δ' οὖν οὔπω ἥκει εἰς ὑμᾶς λόγος, ἀλλ' ἴστωσαν οἱ Ἕλληνες, ὅτι αὐτοῖς δίκην διδόασιν οἱ ἀπόγονοι Δαρείου καὶ Ξέρξου πυρὶ τὰς αὐτῶν πόλεις ἀπολλυμένας ὁρῶντες οἱ προπέρυσι τὰς ἡμετέρας κατασκάπτοντες,* haec et ipsa debentur Herodoto, qui multas Graecorum urbes a Darei et Xerxis militibus deletas esse tradit velut VI 96: *οἱ Πέρσαι — ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν* (scil. *τῶν Ναξίων*) et VI 101: *ἐσελθόντες* (scil. *οἱ Πέρσαι*) *ἐς τὴν πόλιν* (scil. *Ἐρέτριαν*) *τοῦτο μὲν τὰ ἱρὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν* et VIII 32. 33. 50. 53. Athenarum arcem a Persis incendio deletam repetit Libanius in decl. XIII § 14: *οὕτως ἠγανάκτησαν οἱ χρηστοὶ* (scil. *Ἀθηναῖοι*) *ὡς οὐδ' ὅτε ἡ πόλις αὐτοῖς ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐνεπρήσθη*, quo loco rhetor idem verbum *ἐμπίμπρημι* quod Herodotus adhibet. — Sed haec hactenus de sententiis ad Persas et ad Persarum reges pertinentibus.

b. Etiam quae de Croeso Lydorum rege ab Herodoto memoriae prodita sunt, a Libanio persaepe attinguntur et respiciuntur. Velut quod in or. XIII 79 legimus: *οἱ συνειδότες αὐτοῖς τι καλὸν ὡς ἐκεῖνον ᾖεσαν, ὥσπερ πάλαι ποτὲ εἰς Λυδίαν οἱ σοφισταὶ παρὰ τὸν Κροῖσον*, hoc ex Herodoto deprompsit, qui dicit I 29: *ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ — καὶ δὴ καὶ Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος.* Et pergit Libanius dicere: *ἀλλὰ Σόλωνι μὲν Κροῖσος τοὺς θησαυροὺς τῶν χρημάτων ἐδείκνυεν, ὡς ἂν οὐδὲν τοῦδε κεκτημένος τιμιώτερον* et Herodotus narrat in sequenti capite I 30: *κελεύσαντος Κροίσου τὸν Σόλωνα θεράποντες περιῆγον κατὰ τοὺς θησαυροὺς καὶ ἐπεδείκνυσαν πάντα ἐόντα μεγάλα τε καὶ ὄλβια.* — Ad ea quae Solo de felicissimis hominibus Croeso apud Her. I 30 et 31 narrat, respiciunt Libanii verba in or. I 73: *τίς Τέλλος, τίνες Ἀργεῖοι νεανίσκοι διὰ τῶν περὶ τὴν*

ἄμαξαν τῇ μητρὶ κεχαρισμένοι τῇ σφῶν αὐτῶν τὴν ἐμὴν εὐδαιμονίαν παρῄεσαν [1]). Quae invenimus in Lib. or. XI 169: τοῦ Πυθίου, ᾧ δὴ καὶ τὴν ψάμμον ὁ χρησμὸς ἠριθμῆσθαι λέγει, haec haud dubie spectant ad illud oraculum a Pythia Croeso datum et apud Her. I 47 traditum, quod initium ducit ab his verbis: οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης [2]); eadem Libanius etiam in epistula 258 ad Eudaemonem scripta respicit dicens: Πάντα μὲν οὖν ἀριθμεῖν τοῦ Ἀπόλλωνος ἂν εἴη τοῦ καὶ τὴν ἄμμον ἔχοντος εἰς ἀριθμὸν ἄγειν. — Dicens in or. LX 9: ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ζεὺς ὄμβρων ἡνίας ἔχων ὕδωρ ἀφῆκεν ἐπὶ τὴν φλόγα καὶ ταῦτα Λυδῶν ποτὲ βασιλεῖ δυστυχήσαντι σβέσας τὴν πυρὰν sine dubio Libanius ad id spectat, quod apud Her. I 87 legimus Apollinem, ut Croesum a rogo servaret, ignem imbre effuso exstinxisse [3]), etiamsi rhetor hoc loco per errorem Iovem pro Apolline Croesum servantem facit. — Ad eundem Croesum a Cyro, quem aggressus erat, regno privatum referenda sunt Libanii verba in ep. 469: τὰ Κύρου ζητῶν ὁ Λυδὸς ἀποβάλλει τὰ ὄντα; his significantur, quae Pythia apud Her. I 53 Croeso respondet: ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχήν μιν (scil. τὸν Κροῖσον) καταλῦσαι [4]). — Libanii verba in or. XXV 7: λέγει δὲ καὶ ἡ Πυθία παραμυθουμένη Κροῖσον τὸν Λυδὸν αἰχμάλωτον ὄντα παρὰ Κύρῳ τῷ Πέρσῃ· τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατόν ἐστιν ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ Herodoto deberi per se intellegitur, quoniam apud Halicarnasseum in oraculo a Pythia Croeso dato I 91, 1 eadem legimus: τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ; sed illo loco Libanii cavendum est nobis ne pro ἀδύνατόν ἐστιν ex Herodoto scribamus ἀδύνατά ἐστι, quoniam rhetor illa verba Herodoti ex memoria citavisse putandus est. — Denique in Libanii declamatione II § 21 F legimus: τόν γε Κροίσου τοῦ Λυδοῦ φασι παῖδα, κωφὸν ὄντα

---

1) Eadem narrat Plutarchus Solon. 27, qui et ipse ex Herodoto pendere mihi videtur.

2) Cf. Suid. s. v. ψαμμακοσιογάργαρα· ὁ γὰρ Πύθιος νεανιεύεται τῆς ψάμμου τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι· οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν κτλ.

3) Eadem significat Themistius in or. XXXIV p. 464, 8 sq.

4) Wolfius ad Libanii locum recte adnotat: *„proverbialiter dici videtur in eos, qui dum ampliora consectantur, praesentium iacturam faciunt“*.

πρότερον, ῥῆξαι τὴν φωνὴν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς συμφορᾷ; haec et ipsa Herodoto debentur[1]), qui narrat I 85 Croesum de filio suo muto Apollinem consuluisse; et, ut Herodoti verbis utar: ἡ δὲ Πυθίη οἱ εἶπε τάδε·

Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
μὴ βούλου πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν
παιδὸς φθεγγομένου. τὸ δέ σοι πολὺ λώιον ἀμφὶς
ἔμμεναι· αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

ἁλισκομένου δὴ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μέν νυν ὁρέων ἐπιόντα ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε, οὐδέ τί οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανεῖν· ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν, εἶπε δὲ „ὤνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον"; videmus igitur Libanium illo loco ita ex Herodoto pendere, ut idem nomen συμφορὰ et eandem locutionem ῥηγνύναι τὴν φωνὴν adhibeat[2]). — Sed iam de sententiis ad Croesum pertinentibus satis diximus[3]).

c. Nunc de ceteris sententiis a Libanio ex Herodoti historiis depromptis disputemus. In epistula 1077 ad Tatianum missa scribit Libanius: Λυκοῦργος μὲν γὰρ καὶ Σωκράτης τοῖς ἐκ Δελφῶν χρησμοῖς ἐκοσμήθησαν; haec referenda sunt ad illa oracula, quorum alterum legimus apud Her. I 65, ubi narratur: Λυκούργου — ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσήϊε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε·

ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.
δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον[4]).
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε,

alterum in Plat. apologia Socratis pag. 21 A traditur: Socratem omnibus hominibus sapientiorem esse. Idem illud oraculum

---

[1]) Hoc iam Iac. Morelli in editione adnotavit.

[2]) Croesi filius mutus a scriptoribus saepius repetitur, velut apud Luc. pro imag. 20 et gall. 25; Dion. Chrys. 64, 592.

[3]) Verba Libanii in decl. I § 158: Κῦρος Κροῖσον καθελὼν — ἐποίησε (scil. τὴν τῶν Περσῶν ἰσχὺν) potius refero ad Thucydidem I 16: Κῦρος καὶ ἡ Περσικὴ ἐξουσία Κροῖσον καθελοῦσα quam ad Herodotum I 95: Κῦρον ὅστις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε.

[4]) Cf. Themist. or. VII p. 116, 5 sq. or. XIX p. 275, 4 sqq. · or. XV p. 237, 22 sqq.

Lycurgo datum rhetor in animo habet, cum loquitur in or. I 131: *ἥσθην εἰπόντος, ὥσπερ ὁ Λυκοῦργος ἐπὶ τοῖς εἰς αὐτὸν παρὰ τοῦ θεοῦ* et in ep. 721 ad Nicoclem missa: *Ἐμοὶ δὲ — ταῦτα — μικρῷ — ἐλάττω τῶν εἰς τὸν ὑμέτερον νομοθέτην ὑπὸ τοῦ θεοῦ λεχθέντων* et paulo post: *ἐκεῖνος οὗ νῦν ἐμνήσθην, ὁ Λακωνικός, — τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ κτλ.* Et quae Herodotus in illo capite pergit narrare: *οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι· ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον — ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα,* ad haec Libanius alludit in or. LXIV 16 dicens: *οὐκοῦν ὁμολογεῖται Κρῆτάς τε νόμοις ὅτι καλλίστοις κεχρῆσθαι καὶ Λακεδαιμονίους εἴτε παρ' ἐκείνων λαβόντας εἴτε καὶ ἐκ Δελφῶν παρὰ τοῦ Πυθίου;* eadem rhetor in animo habet, cum in *μονῳδίᾳ ἐπὶ Ἰουλιανῷ* (or. XVII) § 27 exclamat: *ὦ νόμοι δικαίως ἂν Ἀπόλλωνος δόξαντες εἶναι καταπατούμενοι*[1]). — In sequenti capite I 66 Herodotus narrat Lacedaemoniis, qui de Arcadum finibus occupandis Apollinem consuluissent, Pythiam respondisse:

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς· μέγα μ' αἰτεῖς· οὔτοι δώσω κτλ.

Quae imitatur Libanius in ep. 725 ad Maximum scriptae initio: *Ἀρκαδίην σε αἰτῶν μέγα αἰτῶ. τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον μεταθεὶς ἐρῶ, ὅ τι δώσεις;* idem significat Libanius in ep. 572 ad Acacium missa: *τὴν Ἀρκαδίαν αἰτηθεὶς παρ' ἐμοῦ, μὴ ἂν εἰπεῖν, οὔτοι δώσω*[2]); et in ep. 617 ad Apollinarium scripta: *εἰ δὲ Ἀρκαδία τοῦτο καὶ μέγα, μήτοι τὸν δεύτερον φύγῃς πλοῦν.* Quae quamquam proverbialiter dici videmus[3]), tamen Herodoto deberi putanda sunt, quia etiam ea, quae in superiore

---

[1]) Herodotum secutus etiam Plutarchus Lycurg. 5 de illo oraculo narrat haec: *πρῶτον μὲν ἀπεδήμησεν* (scil. *ὁ Λυκοῦργος*) *εἰς Δελφούς. καὶ τῷ θεῷ θύσας καὶ χρησάμενος ἐπανῆλθε τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμὸν κομίζων, ᾧ θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν ἡ Πυθία προσεῖπε καὶ θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον, εὐνομίας δὲ χρῄζοντι διδόναι καὶ καταινεῖν ἔφη τὸν θεόν, ἣ πολὺ κρατίστη τῶν ἄλλων ἔσται πολιτειῶν.*

[2]) Quod Wolfius ad hunc locum adnotat: „*forte legendum οὔτι δώσω; sic enim oraculum illud apud Herodotum lib. I habet: — — οὐδέ τι δώσω*“, hoc mihi non probatur; nam Herodoti codices re vera praebent *οὔτοι*, quod et hoc Libanii loco ratum fit et verbis Suidae, qui illum versum citans et ipse *οὔτοι* exhibet.

[3]) Vide Stephan. Byz. s.v. *Τεγέα*. Eustath. ad Hom. Iliad. vol. I p. 244, 41 sqq.

et in sequenti capite ab Halicarnasseo narrantur, a Libanio ex illo deprompta sunt. De Lacedaemoniis, qui, cum illo oraculo freti Tegeatis bellum intulissent rati sese eos victuros esse, praeter spem ab iis victi erant, Herodotus in illo eodem capite pergit narrare: *ἑσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτῶν ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων ἐργάζοντο*, quae verba Libanius in animo habet, cum dicit in or. XIII 30: *ἣν ἔτεμον Σπαρτιᾶται γῆν Τεγεατῶν, ταύτην εἰργάζοντο τοῖς νενικηκόσι χοίνικας ἔχοντες*, quibus locis Herodoti et Libanii etiam verborum concentus observatur. Tum in sequenti capite (I 67) Halicarnasseus narrat Lacedaemoniis, qui Tegeatas vincere non potuissent, consulentibus, cuius dei auxilio Tegeatas superaturi essent, Pythiam praecepisse, ut Orestis ossa arcesserent. Quae quoniam reperire non potuissent, eis iterum quaerentibus, ubi Orestis sepulcrum esset, responsa esse haec:

Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ, —
ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα,
τὸν σὺ κομισσάμενος Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσσῃ.

Ad haec oracula spectare videtur Libanius in or. XXIV 34 dicens: *ὀστᾶ* (scil. *τῶν τεθνεώτων*) *λογίοις ἐτίμησαν* (scil. *οἱ θεοὶ*) *τά τε Ὀρέστου τά τε Θησέως*[1]). — Quod Libanius in or. XXV 12 dicit: *οὔτε πλήθει στρατιᾶς καταπαῦσαι τὴν δυναστείαν, ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν*, et hoc spectat ad Herodotum, qui narrat V 62—65 Lacedaemonios oraculi Delphici iussu duos exercitus misisse, qui Athenienses a Pisistratidis liberarent; quoniam Alcmaeonidae, qui Athenis Delphos confugerant, Pythiam magna pecunia perduxerunt, ut Lacedaemonios Athenas a tyrannis liberare iuberet, ut legimus apud Her. V 62, Libanius in ep. 1049 recte censet dicens: *τοὺς Πεισιστράτου παῖδας ἄνδρες φυγάδες ἐξέβαλον*[2]). — Deinde Libanii verba in or. I 152: *ὥσπερ γὰρ ὁ Θρασύβουλος τοὺς τῶν ἀστα-*

---

[1]) Quod Libanius deos Thesei ossa oraculo honorasse contendit, hoc etiam a Plutarcho Thes. 36 traditur: *μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν* et Cim. 8: *ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις τὰ Θησέως λείψανα κελεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πρεπόντως.*

[2]) Eadem paucis commemorantur a Thucydide VI 59.

χύων ὑπερέχοντας ἐξέκοπτεν ad Herodotum referenda sunt, qui de Thrasybulo Milesiorum tyranno, cum Periander Corinthius ad eum misisset, qui eum interrogaret, quomodo Corinthi tutissime regnare posset, narrat V 92 ζ: *Θρασύβουλος δὲ τὸν ἐλθόντα παρὰ τοῦ Περιάνδρου ἐξῆγε ἔξω τοῦ ἄστεος, ἐσβὰς δὲ ἐς ἄρουραν ἐσπαρμένην — — καὶ ἐκόλουε αἰεὶ ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα, κολούων δὲ ἔρριπτε, ἐς ὃ τοῦ λήιου τὸ κάλλιστόν τε καὶ βαθύτατον διέφθειρε τρόπῳ τοιούτῳ.* — Tum quod affert Libanius in or. LXIV 54: *οὐδὲ γὰρ οἱ τοὺς περὶ*[1]) *Μεγάβαζον*[2]) *ἀποκτείναντες ἐν Μακεδονίᾳ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκφερομένους εἰς Ἀφροδίτην ἄδικον ὑπὸ τῆς μέθης — — γυναῖκες εἶναι δόξαντες ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος ἤδη καὶ γυναῖκες ἦσαν*, certe ex Herodoto sumptum est, qui narrat V 17 legatos a Megabazo aquam terramque petendi causa missos a Macedonibus muliebri veste tectis interfectos esse, quod cum eorum uxoribus et sororibus coire voluissent. — In or. LXIV 93 rhetor interrogat: *ἢ κατὰ τὸν Ζάμολξιν*[3]) *ὑπὸ γῆς ἐδιῃτῶ καὶ διέφευγες τὴν ἅλμην*, quibus verbis illum servum Pythagorae significat, quem ut Thracibus persuaderet se immortalem esse, postquam per tres annos sub terra vixisset, quarto anno rediisse Herodotus tradit IV 95 (*καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα τρία*); Libanius igitur illo loco verbum *διαιτᾶσθαι* ex Herodoto sumpsit. — Tum in or. I 53 dicens: *τὸν Αἰγύπτιον ἐκεῖνον, ὃς ἐσοφίσατο μακρὸν αὐτῷ τὸν βραχὺν γενέσθαι χρόνον* rhetor tecte significat Mycerinum regem Aegyptiorum, qui oraculo sibi dato se post sex annos esse moriturum et dies et noctes festas agens tempus duplicavit, ut Herodotus memoriae prodidit II 133. — In or. XI 255 Libanius macella Antio-

---

[1]) Fortasse scribendum est *παρὰ Μεγαβάζου*, quoniam Megabazus aberat, nisi mavis putare Libanium erravisse.

[2]) *Μεγάβαζον* scripsit Foerster (Mus. Rhen. XXXII 89) pro *Μεγάβυζον*, quod codices praebent; sed Herodoti codex Florentinus LXX 6 (in editionibus littera minuscula d signatus), quocum Libanium et alio loco congruentem videbimus, plurimis locis formam *Μεγάβυζος* praebet.

[3]) Quod ad formam nominis attinet, Herodoti codices omnes praebent *Ζάλμοξις* vel *Σάλμοξις* praeter Florentinum LXX 6, qui *Ζάμολξις* praebet. Hanc formam etiam Libanii codices optimi habent aut a principio aut per correctionem; videmus igitur et hoc loco Libanium cum illo codice Herodoti congruentem.

chena laudibus efferens dicit haec: *πλέον τι παρ' ἡμῖν τοῦ παρ' Αἰθίοψιν ὁρᾶται κόμπου. οἱ μὲν γὰρ ἣν Ἡλίου κεκλήκασι τράπεζαν πλήρη κρεῶν ἀνιόντος τοῦ θεοῦ παρέχονται καὶ τὸ μὲν ἔργον ἐστὶ τῶν ἐν τέλει νυκτὸς τὰ κρέα τιθέντων ἐπὶ τὴν τράπεζαν*, quae Herodoto deberi ex verborum similitudine intellegitur; scribit enim Halicarnasseus III 18: *λειμὼν ἐστι ἐν τῷ προαστείῳ ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων, ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν, τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον.* — Quae rhetor in or. LIX 137 profert: *Ἡρόδοτος μὲν οὖν ὁ πλείω τῶν ἀναγκαίων ἐξητακὼς διαρρήδην διαμάχεται μὴ εἶναι τὸν πολυύμνητον Ὠκεανόν*, haec ad Herodoti verba II 23 pertinent: *ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας οὐκ ἔχει ἔλεγχον· οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα, Ὅμηρον δὲ ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων δοκέω τὸ οὔνομα εὑρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσενείκασθαι.* — Libanium in or. XI 262 dicentem: *οὐδὲ γὰρ τὸ μετὰ τὴν πόλιν εἰς θάλατταν ῥέον ἄπορον ναυσὶν ὑπὸ τῶν πετρῶν καθέστηκεν, ὃ δὴ καὶ τοῦ Νείλου τὰ πολλὰ πέπονθεν* certum est spectare ad ea, quae Herodotus tradit II 29: *σκόπελοί τε γὰρ ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι καὶ χοιράδες πολλαί εἰσι, δι' ὧν οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν*, cum Strabo (pag. 788) et Iosephus (Bell. Iud. IV 611) Nilum in universo navigiis aptum esse putent. — Quae in vol. VI decl. XIII § 54 rhetor Corinthios loquentes inducit: *Ἀλλὰ καὶ κλαῦσαί ποτε Μίλητον οὗτοι* (scil. *οἱ Ἀθηναῖοι*) *λέγουσι καὶ τὴν ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ τραγῳδίαν ἐκβαλεῖν. τί τοιοῦτον ἢ Δαρεῖος ἐτόλμησεν ἢ Φρύνιχος ἐδίδαξεν; ἅλωσις ἦν Μιλήτου καὶ ὁ πόλεμος καὶ τὸ δρᾶμα κτλ.*, haec Herodoto deberi propter summam locorum similitudinem nullo modo negari potest. Legimus enim apud Her. VI 21: *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσι τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι.* Ad eadem rhetor alludit in decl. XIX § 26: *καὶ ποιήσει τοῦτο πρὸς ἐμὲ ὃ — τὸ Φρυνίχου* (scil. *δρᾶμα*), *τὴν Μίλητον* et decl. XIV § 22: *τὸ δὲ ἔτι μεῖζον ἅλωσις μὲν*

πόλεως ἐν δράματι θρηνοῦντα τὸν δῆμον ἔδειξεν. — Denique quae leguntur in vol. VI decl. XIII § 26: *εἰ μὲν Σκυθῶν στρατόπεδον ἦτε καὶ νομάδων βαρβάρων, Ταῦροί τινες ἢ Μελάγχλαινοι, δίκην θηρίων φερόμενοι καὶ μήτε θεσμοὺς ἀνθρωπίνους εἰδότες μήθ' ὁμονοοῦντες τῇ φύσει, συζῶντες δὲ ἀγρίῳ τρόπῳ καὶ βιαίῳ — — ἐσώθησαν μὲν ἤδη καὶ παρὰ Σκυθῶν Ἕλληνες ξένοι καὶ Σκύθαις μὲν αὐτοῖς τοιαῦτα ἐμαρτύρουν δεῖπνα, αὐτοὶ δὲ Ἑλληνικὴν παρέθεντο καὶ παρ' ἐκείνοις τράπεζαν*, haec et ipsa Herodoto debentur. Nam de Scythis cum Persis pugnantibus narrans dicit Herodotus IV 102: *ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες βασιλέες Ταύρων καὶ Ἀγαθύρσων καὶ Νευρῶν καὶ Ἀνδροφάγων καὶ Μελαγχλαίνων καὶ Γελωνῶν καὶ Βουδίνων καὶ Σαυροματέων.* Quae tradit de feris Scytharum moribus Herodotus IV 103–109, ea significantur a Libanio verbis *δίκην θηρίων φερόμενοι καὶ μήτε θεσμοὺς ἀνθρωπίνους εἰδότες μήθ' ὁμονοοῦντες τῇ φύσει, συζῶντες δὲ ἀγρίῳ τρόπῳ καὶ βιαίῳ*; et quae paulo post rhetor dicit *Σκύθαις μὲν αὐτοῖς τοιαῦτα* (scil. *οἷα τοῖς Ποτιδαιάταις*) *ἐμαρτύρουν δεῖπνα* (scil. *οἱ Ἕλληνες*), haec spectant ad ea quae Halicarnasseus de Scythica gente Androphagorum tradit IV 106: *ἀνδροφαγέουσι μοῦνοι τούτων* (scil. *τῶν Σκυθέων*).

Atque haec quidem de sententiis ex Herodoto delibatis.

Caput II: De rebus.

Nunc disputemus de rebus, quarum Libanius multo minorem copiam Herodoto debet quam sententiarum; eas quidem neglegamus in hac parte, de quibus iam supra de sententiis exponentes hic illic, si occasio erat, disserere coacti sumus.

Quod Libanius in vol. VI decl. XIII § 39 Corinthios nominat *τὸ τῶν Βακχιαδῶν γένος*, hoc sumpsit ex Her. V 92, quo in capite Bacchiadarum gentem rem publicam Corinthiorum tenuisse legimus.

In or. LIX 70 rhetor dicit: *ἔφης ἂν τούτοις μᾶλλον πρέπειν τὴν τῶν χαλκῶν ἀνδρῶν προσηγορίαν ἢ τοῖς παρ' Ἡροδότῳ στρατιώταις*; his verbis ad illos Graecos spectat, quos, quoniam thorace muniti essent, ab Aegyptiis viros aëneos nominatos esse Herodotus tradit II 152 sq.: *πέμψαντι δέ οἱ* (scil. *τῷ Ψαμμητίχῳ*) — *ἦλθε χρησμὸς ὡς τίσις ἥξει ἀπὸ θαλάσσης*

χαλκέων ἀνδρῶν ἐπιφανέντων. καὶ τῷ μὲν δὴ ἀπιστίῃ μεγάλῃ ὑπεκέχυτο χαλκέους οἱ ἄνδρας ἥξειν ἐπικούρους; et paulo post: ἀγγέλλει τῶν τις Αἰγυπτίων — ὡς οὐκ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλισθέντας, ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον.

Quod Libanius in or. LXIV 20 interrogat: τί δὲ ἡ Γλαύκου τοῦ Χίου τέχνη κατ' ἀρχὰς ἦν, his verbis significat ea, quae Herodotus tradit I 25: Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. Quamquam de eodem artifice etiam Pausanias X 16, 1 narrat, tamen illa Libanii verba ad Herodotum referenda esse puto, quia rhetorem quicquam Pausaniae debere nullo loco certo affirmatur; praeterea Pausanias illo loco et ipse ex Herodoto pendet.

In or. XI 267 commemorans: λαμπτῆρες — τὴν Αἰγυπτίων λυχνοκαΐαν παριόντες rhetor spectat ad illa sacra Aegyptiorum anniversaria, de quibus narrat Herodotus II 62: τῆς θυσίης ἐν τῇ νυκτὶ λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ περὶ τὰ δώματα κύκλῳ et brevi spatio intermisso τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη[1]). Et ea quae Themistius de illis sacris in or. IV[2]) p. 59, 4 sqq. narrat, ex Herodoto delibata sunt et Pollux VII 178 hoc nomen apud Herodotum inveniri dicit.

Et cum dicit in or. XXXII 23: εἰ δὲ Μενέδημος πρότερον μὲν οὐκ ἦν φίλος, νῦν δέ, τί θαυμαστόν; πολὺ γὰρ δὴ τοῦτο ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασιν — — ἴσμεν δὲ τὰς παρὰ τῶν Ἑλλήνων ὡς τὸν Πέρσην πρεσβείας, nonne in animo habet illos legatos, quos a Themistocle ad Xerxem missos esse legimus apud Her. VIII 75 et 110, et illos, quos Pelopida duce ad regem Persarum venisse tradit Xenophon Hell. VII 1, 33? nam Themistocles, qui Atheniensium, Xerxis hostium, imperator est, cum ad illum mittit, qui de eius commodo suadeant, amici partes agit, et apud Xenophontem legati Graecorum, qui antea Persarum hostes semper fuerant, tum Graecos amicitia cum rege Persarum conciliare studuerunt.

Quod Libanius in or. XV 59 commemorat: Αἰθίοπας ἀμφοτέρους, hoc et ipsum Halicarnasseo debetur, qui solus ex

[1]) Eadem Aegyptiorum sacra commemorantur apud Dion. Cass. LXXIX 16 et Ioann. Tzetz. hist. III v. 50.

[2]) Inscribitur Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον.

omnibus scriptoribus tradit Aethiopum duas esse gentes VII 70: *οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ ἡλίου Αἰθίοπες ἰθύτριχές εἰσι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων.*

Quae Libanius in or. XII[1]) 99 petit a deo *Χρόνος*: *τὴν ζωὴν* (scil. *τῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ*) *ὑπὲρ τὸν ὅρον τοῦ Σόλωνος εἷλκε*, haec referenda sunt ad Solonis verba apud Her. I 32: *ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι*, praesertim cum illo loco Libanius duobus iisdem verbis atque Herodotus utatur (*ὅρον — οὖρον, ζωὴν — ζόης*).

In or. XVIII 228 narrat Libanius Iuliano contra Persas proficiscenti Assyrios in urbe quadam oppugnatos se non dedidisse nisi ea condicione, ut ne ex pacto quidem Persis redderentur, quoniam timerent *τὰς παρ' ἐκείνοις δοράς*, quibus verbis videtur significari, quod Herodotus tradit V 25 Cambysem Sisamnem ita necavisse, ut corium de eius corpore detegeret: *Σισάμνην βασιλεὺς Καμβύσης — σφάξας ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην.*

Tum quod rhetor in illa declamatione *κατ' Αἰσχίνου πυλαγόρου* inscripta, in qua complures sententias Herodoto deberi iam supra demonstravimus[2]), conclamat: *ὁ τῶν Ἑλλήνων ὄλεθρος ἐν Πύλαις σεμνὸς ἐγγὺς τοῦ Λεωνίδου τάφου* (decl. XVII § 66), hoc et ipsum ad Herodotum spectare puto, qui narrat VII 228 eos, qui ad Thermopylas pugnavissent, sepultos esse, ubi cecidissent (*θαφθεῖσι δέ σφιν αὐτοῦ ταύτῃ, τῇπερ ἔπεσον*).

In ep. 564 ad Fortunatianum missa Libanius dicit: *Σοὶ δ' εἰ μὲν ἀνθ' ἡμῶν ἀρκεῖ τὰ δένδρα, σκόπει πρὸς σεαυτόν, εἰ καλῶς ἀρκεῖ. εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ Μήδου πλάτανος δευτέρα τῶν φίλων, ἔργῳ δεῖξον*; haec quid sibi velint, non intellegitur nisi ex iis quae legimus apud Her. VII 31: *ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν ὁδὸν* (h. l. *ὡς ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλεν ἐς τὴν Λυδίην*) *εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ καὶ μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας — ἀπίκετο ἐς τῶν Λυδῶν τὸ ἄστυ*[3]).

---

[1]) Inscribitur *Εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον.*

[2]) Vide pag. 23—27.

[3]) Aelianum de eadem platano narrantem var. hist. II 14 (*ἐξῆψεν αὐτῆς κόσμον* [scil. *τῆς πλατάνου*] *καὶ μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν*) et ipsum ex Herodoto pendere puto.

In ep. 634 ad Celsum missa scribens: *καὶ ἆθλον ὑπέστη ποτὲ προσόμοιον τῷ Ζωπύρου* et paulo post: *ἡ δὲ ἦν ἀπόστασις πεπλασμένη* Libanius in animo habet illum Zopyrum, qui quo dolo Dareum, ut Babylona urbem expugnaret, adiuverit, ab Herodoto accepimus (III 153—158). Itaque cognoscitur, quid sit, quod Libanius in eadem epistula extrema scribat: *καὶ οὕτως ἀντὶ τῆς Βαβυλῶνος εἴχομεν ἀφορμὴν εἰς γέλωτα.*

Denique agamus de nonnullis rebus, quas, quamquam a Libanio proverbialiter fere adhibentur, tamen Herodoto deberi puto. Velut ex iis, quae ab Halicarnasseo de regibus Lydorum narrantur, multas res aeque atque sententias Libanius sumpsit. Quod in or. LXI 5 commemorat: *μεγέθει θυσίας ὑπερβαλόμενος Κροῖσον*, Libanius significat magna illa dona, quae Croesum templo Apollinis Delphici intulisse legimus apud Her. I 50: *μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο.* Quae tradit Herodotus V 101: *τὸν Πακτωλὸν ποταμόν, ὅς σφι* (scil. *τοῖσι Λυδοῖσι*) *ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ῥεῖ*, ad haec sophista saepius se revocat, velut in or. XXI 24: *ἔδει μὲν οὖν ὄρος τε ἡμῖν εἶναι καὶ ποταμὸν χρυσίον ὥσπερ Λυδοῖς φέροντα* et in or. XI 263: *τοσούτῳ χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γενόμενος, ὅσον οὐδὲ Κροίσῳ Πακτωλὸς ἐθησαύρισε* et in ep. 343: *ἀλλ' ἔστω πολὺς* (scil. *χρυσὸς*) *καὶ ὅσον ὁ ποταμὸς ἐδίδου τῷ Λυδῶν βασιλεῖ* et in ep. 1223: *Πακτωλοῦ τινὸς δεόμενον καὶ Τμώλου τῆς Ἰνδικῆς* et in ep. 1217: *ὁ Πακτωλὸς αὐτῷ μικρόν.* Videtur igitur Libanius putavisse divitias Croesi ex Pactolo flumine originem duxisse. — Omnino, quod apud Libanium Croesi divitiae saepe celebrantur, id, quamquam illae etiam ab aliis scriptoribus saepe commemorantur [1]), tamen ad ea referendum est, quae Herodotus de Lydorum regis thesauris in primo libro tradidit; nam quae Herodotus de Croeso narrat, ea saepe a sophista respici iam aliis locis vidimus; velut dicit Libanius in ep. 1041: *τό γε τούτοις τετιμῆσθαι τῶν ταλάντων Κροίσου τῷ γε νοῦν ἔχοντι μεῖζον.* In ep. 1329 scribit rhetor:

---

[1]) Conf. Ach. Tat. 6, 12: *πλουσιώτερος Κροίσου.* Luc. Tim. 23: *πλουσιώτερον σύναμα Κροίσων ἑκκαίδεκα.* Greg. Cypr. prov. Leid. 3, 15. Mich. Apost. prov. XVII 17.

ὃ πολλῶν πάντων μεῖζον χρημάτων καὶ τῶν Κροίσου καὶ τῶν Γύγου —, φιλίαν ἀνδρὸς κτλ. et in ep. 565: εἴ μοι τὰ Κροίσου χρήματα καὶ χρυσὸν τὸν τοῦ Γύγου καὶ ἔτι τὸν Μίδου τοῦ Φρυγός — —, εἰ οὖν μοι πάντα τὸν ἐκείνων λαβὼν ποθὲν ἐπεπόμφεις πλοῦτον; quod divitias Gygis et Midae una cum Croeso celebrat Libanius, hoc et ipsum ad Herodotum referendum esse censeo, qui I 14 commemorat non modo Gygem, sed etiam Midam Delphico deo maxima dona dedicavisse: Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα, ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα, ἔστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι, πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκε ἄλλον τε καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται et paulo post tradit: οὗτος δὲ ὁ Γύγης πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκε ἀναθήματα μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω, Φρυγίης βασιλέα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸν βασιλήιον θρόνον, ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε, ἐόντα ἀξιοθέητον. — In or. XXV 23 Libanius dicit de hominibus pecuniae avidis: μακαρίζουσιν οὐ Νέστορα, οὐκ Ἀργανθώνιον (τῶν ἐτῶν), οὐ Πηλέα τῶν γάμων, οὐκ Ἄδωνιν τοῦ κάλλους, οὐχ Ἡρακλέα τῆς ἀθανασίας, ἀλλὰ Καλλίαν καὶ Γύγην καὶ Κινύραν καὶ Κροῖσον καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς μύρμηκας. Hoc loco praeter homines divitiis nobilissimos etiam illae formicae Indicae nominantur, de quibus Herodotus narrat III 102: οἱ μύρμηκες ποιεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἰσὶ δὲ καὶ αὐτοῖσι εἶδος ὁμοιότατοι· ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη ἐστὶ χρυσῖτις.

Quae Libanius in ep. 945 scribit: τοὺς — μεμφομένους, οὓς καλὸν ἀκούειν τὸν Ἱπποκλείδην, haec recte intelleguntur ex eis, quae Herodotus VI 128 et 129 de origine proverbii οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ narrat: Hippoclidem Clistheni, qui filiam se ei in matrimonium daturum esse negavisset, respondisse οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ[1]), h. e. „*Hippoclides de hac re non laborat*". Dicit igitur rhetor in illa epistula: „*Eis qui me vituperant, idem respondeo quod Hippoclides Clistheni: De hac re non laboro*".

[1]) Cf. E. Salzmann, Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei Libanios, diss. Tubing. 1910, p. 30.

Herodotus, postquam VI 138 narravit Pelasgos mulieres Atheniensium, quas raptas in insulam Lemnum egerant, earumque pueros interfecisse, pergit dicere: *ἀπὸ τούτου — τοῦ ἔργου καὶ τοῦ προτέρου τούτων, ὃ ἐργάσαντο αἱ γυναῖκες, τοὺς ἅμα Θόαντι ἄνδρας σφετέρους ἀποκτείνασαι, νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα Λήμνια καλεῖσθαι.* Ad haec respicit Libanius, cum in ep. 24 de Nicomedia terrae motu eversa dicit: *τούτοις τοιούτοις προσετέθη Λήμνιά φασι κακά.* Et ex sequentibus: *μᾶλλον δὲ μικρόν τι εἶπον τὸ πτῶμα Νικομηδείας δηλῶσαι βουληθεὶς τοῖς ἐν Λήμνῳ κακοῖς* intellegimus Libanium illis verbis non modo proverbialiter uti, sed etiam bene scire ea, quae Herodotus de illis Lemniis malis tradit[1]).

In or. LXI 17 dicit rhetor: *ἱππόδρομος Βαβυλωνίων τειχῶν ἰσχυρότερος* et in ep. 196: *Εἴη δέ μοι μικρὰ κατασκευάζεσθαι συνηδομένων ἁπάντων ἢ βαρυνομένων τὰ τείχη Βαβυλωνίων* et in decl. XVII § 59: *ἡ — θεὸς ἡ ξυλίνῳ τείχει κρείττονι τοῦ Βαβυλωνίου τειχίσασα τὴν πόλιν.* Quamquam: *„Babylonis muros celebravit antiquitas ita ut in proverbium abierint“* [2]), tamen his locis Libanium ad Herodotum spectare puto, qui de moenium Babylonicorum magnitudine et firmitate narrat I 178—181; nam ex capitibus Her. I 180 et 181 rhetor complura vocabula mutuatus est.

Ut Croesi et Gygis divitiae, ita Arganthonii senectus a Libanio celebratur[3]). Arganthonius rex Tartessiorum, ut tradit Herodotus I 163, centum viginti annos natus de vita excessit; iam Anacreon frg. 8 senectutem Arganthonii commemorat, sed dicit eum vixisse centum et quinquaginta annos, non centum et viginti. Ex his duobus scriptoribus ceteri, qui de Arganthonio narrant, pendere mihi videntur; nam Pseudo-Lucianus (macrob. 10), Strabo (III 225), Phlegon Trallianus (frg. 29, 4)[4]), ex utroque se illum nosse ipsi dicunt[5]). Etiam Libanius, qui Arganthonium saepius nominat, huius regis memoriam ab Herodoto delibasse mihi videtur; dicit enim in ep. 1460:

---

[1]) Cf. Salzmann l. c. p. 37 sq.

[2]) Vide Wolfium ad ep. 196 et Salzmannum l. c. p. 45.

[3]) Cf. Salzmann l. c. p. 30.

[4]) Fragm. hist. Graec. ed. C. F. Müller vol. III p. 610 sqq.

[5]) Cf. Themist. or. II p. 46, 2; Appian. Iber. 63.

ὑπὲρ οὗ δημοσίᾳ χρὴ εὔχεσθαι καὶ θεοῖς καὶ θεαῖς, παρελθεῖν αὐτὸν μήκει βίου τὸν Ἀργανθώνιον et in ep. 606: *οἱ πρὶν τοὺς τεθνεῶτας μακαρίζοντες νῦν βούλοιντ' ἂν εἰς τὸ Ἀργανθώνειον γῆρας ἐλθεῖν.* Commemoratur *Ἀργανθώνιος* etiam in or. XXV 23: *μακαρίζουσιν οὐ Νέστορα, οὐκ Ἀργανθώνιον — ἀλλὰ Καλλίαν καὶ Γύγην κτλ.* — — Atque haec quidem de rebus.

Iam ad finem pervenimus prioris partis, qua de sententiis et rebus a Libanio ex Herodoto depromptis disputavimus. Nunc exponamus, ut propositum est, de elocutione.

Pars altera.

Quid rhetor in elocutione Herodoto debeat.[1])

Priusquam ad rem ipsam veniamus, nobis pauca praemittenda sunt. Libanium, quippe qui complures scriptores, non Herodotum solum, diligenter perlegerit et probe noverit, Herodoti enuntiationum structuram imitatum esse verisimile non mihi videbatur esse. Neque inveni apud Libanium, quae ad Herodoti stilum referri possint. Verum tamen verba et locutiones permultas Libanii Herodoto tribuendas esse censeo, id quod nunc demonstrabo. — Iam supra vidimus rhetorem in sententiis ex Herodoto delibatis nonnumquam iisdem verbis et locutionibus atque illum uti. Praeterea nonnullas partes Historiarum Herodoti Libanius videtur ita memoriter tenuisse, ut verba et locutiones singulares, quae in illis partibus exstant, sive complures simul sive hic illic singulas suis ipsius scriptis inseruerit.

Primum agamus de vocabulis singularibus, tum de vocabulis singulari notione adhibitis, tum de verborum structuris, deinde de locutionibus, denique de formulis.

Caput I: De vocabulis singularibus.

A. Verba.

ἀνδροῦσθαι (*ad aetatem virilem pervenire*), quod deprehenditur apud rhetorem in or. LIX 52 (*ἀνδρωθεὶς δὲ* [scil.

---

[1]) In hac parte ea, quae iam Foerster in editione adnotavit, asterisco (*) signavi.

ὁ Κῦρος] *κινήσας Πέρσας Μήδοις ἐπελθὼν τὸν πάππον διέφθειρε*), in hunc locum cum tota sententia ex Herodoto transiit, id quod iam supra demonstravimus[1]); dicit enim Halicarnasseus illo loco (I 123): *Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρηιοτάτῳ καὶ προσφιλεστάτῳ προσέκειτο ὁ Ἅρπαγος δῶρα πέμπων τίσασθαι Ἀστυάγεα ἐπιθυμέων.* Praeterea hoc verbum Herodotus ter eadem forma participii aoristi passivi, qua apud Libanium exstat, adhibet IV 9: *ἀνδρωθέντας*, V 92 ε: *ἀνδρωθέντι*, VI 52: *ἀνδρωθέντας*; sed etiam invenitur Her. IV 10: *ἀνδρωθῆναι* et VII 149: *ἀνδρωθέωσι.* Praeter utrumque scriptorem hoc verbum nisi apud Euripidem Herc. fur. 42 (*ἠνδρωμένοι*) et apud Platonem symp. p. 192 A (*ἀνδρωθῶσι*) non exstat.

ἀπαμελεῖσθαι, quod ab utroque dicitur de personis (= *nihili aestimari*), legitur apud Herodotum III 129: *τὸν δὲ ὡς ἐξεῦρον ἐν τοῖσι Ὀροίτεω ἀνδραπόδοισι ἀπημελημένον, παρῆγον ἐς μέσον πέδας τε ἕλκοντα καὶ ῥάκεσι ἐσθημένον* et III 132: *ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοισι ἀπημελημένον* et apud Libanium in or. I 123: *ἀπεχομένου δέ μου —— καὶ ἀπημελῆσθαι δοκοῦντος* et in ep. 1417: *εἰ δὲ καὶ τῶν λίαν ἦν ἀπημελημένων* et in ep. 1450: *θῶμεν αὐτὸν ταπεινὸν καὶ τὸν ἄλλον ἀπημελῆσθαι χρόνον* et in ep. 1329: *ὁ δὲ λύπην τινὰ ἀπήγγελλεν ἐκείνου νομίζοντος ἀπημελῆσθαι*; videmus igitur utrumque hoc verbum eadem forma et notione adhibere. Praeterea locutionem *ῥάκεσι ἐσθημένος* et ipsam rhetor ex illo capite Herodoti III 129 sumpsit, id quod infra demonstrabimus. Quod hoc verbum etiam apud Sophoclem legitur Phil. 652, hoc loco non de persona dicitur: *εἰ μοί τι τόξων τῶνδ' ἀπημελημένον παρερρύηκεν, ὡς λίπω μή τῳ λαβεῖν.*

**δεινολογεῖσθαι* (*conqueri de aliqua re*) invenitur apud Her. I 44: *ὁ δὲ Κροῖσος τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντεταραγμένος μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο, ὅτι μιν ἀπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε*, quo ex loco Libanius hoc verbum sumpsit in or. XXV 1: *καὶ ὅταν δὲ προπηλακίζηταί τις, μᾶλλόν τι δεινολογεῖται*; nam aeque atque Herodotus rhetor adverbium *μᾶλλόν τι* ad verbum apponit. Hoc verbum ut Herodoteum iam Pollux

[1]) Vide pag. 32.

attulit II 124: δεινολογεῖσθαι (scil. εἴρηκεν) Ἡρόδοτος. Invenitur etiam apud Her. IV 68; praeterea apud Plutarchum Sert. 6.

* διαπορθμεύειν (διὰ πορθμοῦ κομίζειν) adhibet Libanius in or. LIX 152: ἵπποι δὲ καὶ τέτρωρα παρ' ἡμέραν ταῖς διαδοχαῖς τὸ τάχος ἐπιτείνοντα τὰς ἑκατέρων παρ' ἀλλήλους διαπορθμεύει γνώμας eodem modo atque Herodotus IX 4: ὁ Μαρδόνιος πέμπει ἐς Σαλαμῖνα Μουρυχίδην — φέροντα τοὺς αὐτοὺς λόγους, τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε; nam Halicarnasseus et ipse paulo post accusativum γνώμας adhibet: ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, quem accusativum apud Libanium ab illo διαπορθμεύει pendentem vidimus. Sed non modo hac translata notione *nuntios afferendi* apud Herodotum verbum exstat, sed etiam propria (= *traducere* vel *transire*) ab eo adhibetur IV 141. V 52. VIII 130. Apud ceteros verbum non deprehendimus nisi apud Platonem symp. p. 202 E: ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον (scil. τὸ δαιμόνιον) θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν et apud Philostratum minorem[1]).

* ἐθελοκακεῖν (*in pugna rem male gerere consulto*). Huic verbo, quod a Libanio adhibetur in or. LIX 92 (οὐδὲ ἐπὶ τῆς χρείας ἐθελοκακοῦντες ὤφθησαν οὐδὲ προσιόντας ἰδόντες βάρβαροι βαρβάρους — εὐθὺς μετετάξαντο) paulo post in eadem paragrapho contrarium opponitur: τῇ προθυμίᾳ τῶν ἔργων, qua in re rhetor Herodotum sequitur, qui eidem verbo idem contrarium opposuit IX 67: οὗτοι εἶχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην μαχόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες. Praeterea legitur apud Libanium decl. IV 39 F et apud Her. I 127, 2. V 78. VI 13. VIII 22. 69. 85. Quod hoc verbum saepius apud Polybium[2]), quocum nulla res est Libanio, et apud Pausaniam semel exstat, uterque et ipse ex Herodoto pendet. Denique Lucianus[3]) hoc verbo utitur somn. 18 (εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ) et Aelianus nat. anim. IV 43, quibus locis non de pugnantibus dicitur.

---

[1]) Vide Schmid, Atticismus, vol. IV p. 258.
[2]) IV 38, 6. V 1, 7. 2, 8. 4, 11. 20, 3. 100, 7. VI 15, 5.
[3]) Vide Schmid l. c. vol. I p. 306.
[4]) Vide Schmid l. c. vol. III p. 171.

* *ἐκβράσσεσθαι* (*in litus eici*) dicitur ab utroque scriptore de navium fragmentis, ab Herodoto VII 188: *αἱ δὲ* (scil. *νέες*) *ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο* et VII 190: *Ἀμεινοκλεῖ — μεγάλως ἡ ναυηγίη αὕτη ἐγένετο χρηστή· ὃς πολλὰ μὲν χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβρασσόμενα ἀνείλετο* et a Libanio vol. IV 639, 5 R: *ἐξεβράσθη* (scil. *ἡ γυνὴ*) *εἰς τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἦν ὁ ἀνήρ.* (Sed etiam in declamatione *Δημοσθένους ἀπολογία* inscripta, quae utrum Libanii sit necne dubium est, vol. IV 300, 14 R [VI 402, 10 F]: *ὥσπερ οἱ πολλὰ ἑωρακότες ναυάγια τῶν παραπλεόντων εἰς τὰς ἠιόνας ἐκβεβρασμένα*, hoc verbum Herodoto deberi puto; nam substantivum *ναυάγια* Herodoti substantivo *ναυηγίη* VII 190, quo in capite verbum *ἐκβράσσεσθαι* exstat, respondet.) Praeter utrumque scriptorem verbum *ἐκβράσσεσθαι* deprehenditur apud Diod. Sic. XIV 68 et apud Aelianum[1]).

ἐλινύειν (= *morari*; Suid. s. v.: *βραδύνειν, ἡσυχάζειν*) apud Libanium deprehenditur in or. XXXI 13: *οὐχ ὥσπερ εἰκός, ἐκ πόνων ἐπὶ ῥᾳστώνην εὐθὺς ἀποπηδῶσιν, ἀλλ' ἐλινύουσι καὶ προσδιατρίβουσι.* Et hoc verbum ad Herodotum referendum esse censeo, quippe qui eo utatur I 67 narrans de ossibus Orestis et de Tegeatarum et Spartiatarum bello, ad quae Libanium compluribus locis alludere vidimus[2]). Legimus autem apud Her. I 67: *τοὺς δεῖ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, τὸν ἂν ἐξίωσι ἐκ τῶν ἱππέων, Σπαρτιητέων τῷ κοινῷ διαπεμπομένους μὴ ἐλινύειν ἄλλους ἄλλῃ.* Sed etiam exstat apud Her. VII 56: *διέβη δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι καὶ ἐν ἑπτὰ εὐφρόνῃσιν, ἐλινύσας οὐδένα χρόνον* et VIII 71: *ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρης.* Apud Hippocratem hoc verbum saepe exstat; legitur etiam apud poetas velut apud Aesch. Prom. 53. 527. Aristoph. Thesm. 598. Pind. Olymp. V 1; Isthm. II 41; Nem. V 1. Theocr. X 51. Callim. hymn. in Cer. 47 et ex posterioribus prosaicis apud Plutarchum Num. 14 et Dionys. Halic. I 33.

* *ἐξανδραποδίζειν* (= *in servitutem redigere*). In decl. XII 21 F Libanius dicit: *ἐξανδραποδίζομαι καὶ παραδίδωμι δέσμιον ἐμαυτόν*, quo loco hoc verbum aeque atque apud Her.

[1]) Vide Schmid l. c. vol. III p. 172.

[2]) Vide pag. 43 sq.

VI 9 (ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ ἐξανδραποδιεῦνται) notione passiva adhibetur, quamquam fere activa tantum notione dicitur sive activa forma (Her. VI 94. Xen. Hell. II 1, 15) sive media (Her. I 66. III 25. VIII 126. Xen. Hell. II 2,16. VI 5, 46. Demosth. p. 329,1. 1207,18. Plat. leg. III p. 698 C. Propterea verbum Libanium Herodoto debere puto.

ἐπικατασφάζειν uterque eodem modo adhibet; nam Libanius dicit vol. IV 645, 24 R: τῷ σώματι ἐμαυτὸν ἐπικατέσφαξα ἄν[1]) et Herodotus I 45: ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ ἑωυτόν; videmus utrumque hoc verbum cum dativo et accusativo pronominis reflexivi coniungere. Deprehenditur etiam apud Plutarchum Cleom. 37: καὶ τέλος ἔχοντος ἤδη (scil. τοῦ Κλεομένους) περιβαλὼν τὸν νεκρὸν ἑαυτὸν ἐπικατέσφαξε, sed cum accusativo solo coniungitur. Praeterea invenimus apud Luc. de luct. 14[2]) et Ioseph. ant. Iud. XIX 1, 13 et Parthen. 10, 3[3]).

*ἐσθέομαι. Hoc verbum inusitatum participii perfecti forma tantum fere deprehenditur; velut Herodotus dicit III 129: ῥάκεσι ἐσθημένον, quod Libanius or. XVIII 147 imitatur: ἠσθημένοις ῥάκια[4]). Conferas autem Euripid. Hel. 1539: ναυφθόροις ἠσθημένος πέπλοισιν et Pythaen. apud Athen. XII 589 sq.: ἠσθημένος Πελοποννησιακῶς.

εὐπαθεῖν (= *vitam iucundam vivere*), quod invenimus apud Libanium in vol. IV 175, 15 R, ex Herodoto originem ducit, qui id adhibet II 133 narrans de illo Mycerino Aegyptiorum rege, ad quem Libanius in or. I 53 respicit, ut supra demonstravimus[5]); dicit autem hoc loco Herodotus πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν; sed etiam II 174 hoc verbo utitur: πίνοντά τε καὶ εὐπαθέοντα. Praeterea legitur apud Platonem Phaedr. p. 247 D: θεοῦ διάνοια — — θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ

---

[1]) Conf. Lib. or. XII 49: οὐδ᾽ ἐπικατέσφαξε ταῖς κειμέναις τῶν πόλεων τὸν κατενεγκόντα κτλ

[2]) Vide Schmid l. c. vol. I p. 306.

[3]) Mythogr. Graec. vol. II fasc. I p. 22, 10 ed. Edg. Martini.

[4]) Libanii loco collato apud Herodotum fortasse scribendum est ῥάκεα, quod facile in ῥάκεσι potuit corrumpi (conf. ῬΑΚΕΑ et ῬΑΚΕCΙ); nam etiam VI 112 Herodotus hoc participium cum accusativo coniungit: πρῶτοι δὲ ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὁρέοντες καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην ἠσθημένους.

[5]) Vide pag. 45.

εὐπαθεῖ et pol. I p. 347 C: *τότε ἔρχονται ἐπὶ τὸ ἄρχειν, οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθόν τι ἰόντες οὐδ' ὡς εὐπαθήσοντες ἐν αὐτῷ* et apud Plutarchum mor. p. 176 B.

καταπλουτίζειν (*divitem facere aliquem*) deprehenditur apud rhetorem in vol. IV 930, 18 R: *καταπλουτίσαντες ἀπέπεμπον* et apud Herodotum VI 132: *αἰτήσας δὲ* (scil. *ὁ Μιλτιάδης*) *νέας ἑβδομήκοντα καὶ στρατιήν τε καὶ χρήματα Ἀθηναίους, οὐ φράσας σφι ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύεται χώρην, ἀλλὰ φὰς αὐτοὺς καταπλουτιεῖν, ἤν οἱ ἕπωνται.* Et hoc verbum Libanius ex Herodoto sumpsisse mihi videtur, quoniam quae apud illum de expeditione a Miltiade contra Parios facta narrantur, rhetorem bene novisse iam supra vidimus[1]). Quod hoc verbum etiam apud Xenophontem oec. IV 7 exstat, hoc loco cum dativo *δώροις μεγάλοις* coniungitur, Libanius autem aeque atque Herodotus absolute eo utitur. Praeterea non deprehenditur nisi apud scriptores aetate posteriores.

καταχωννύναι. Hoc verbum Libanius adhibet in illa declamatione, quae inscribitur *κατ' Αἰσχίνου πυλαγόρου*, decl. XVII § 30: *ὡς δὲ πολλοῖς ὀλίγους καταχώσας* (scil. *ὁ Πέρσης*) *τοὺς Λακεδαιμονίων ἐν Πύλαις*, quem locum totum ex Herodoto (VII 225) depromptum esse iam supra[2]) demonstravimus; etiam apud Herodotum illo loco verbum *κατέχωσαν* et paulo post participium *συγχώσαντες* legitur. Significat autem hoc verbum apud utrumque idem quod Latinum *telis cooperire aliquem*. Praeterea deprehenditur apud Herodotum IV 173: *καὶ ἐπείτε ἐγίνοντο ἐν τῇ ψάμμῳ, πνεύσας ὁ νότος κατέχωσέ σφεας* et III 26: *ἄριστον αἱρεομένοισι αὐτοῖσι ἐπιπνεῦσαι νότον μέγαν τε καὶ ἐξαίσιον, φορέοντα δὲ θῖνας τῆς ψάμμου καταχῶσαί σφεας*, et apud Aristophanem Acharn. v. 295: *κατά σε χώσομεν λίθοις* et apud Platonem Crat. p. 414 C: *τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται ἤδη ὑπὸ τῶν βουλομένων τραγῳδεῖν αὐτά* et apud posteriores; his quidem locis notionem obruendi habet.

λειποψυχεῖν. Quod in ep. 1474 Libanius scribit: *ἰχθῦσι τοῖς ἐπὶ τῆς ἠιόνος λειποψυχοῦσι*, equidem puto eum hoc verbum ex Herodoto VII 229 (*Ἀριστόδημον δὲ λιποψυχέοντα λειφθῆναι*) sumpsisse, quoniam aeque atque in decl. vol. IV 633, 5

---

1) Vide pag. 20 et 21.
2) Vide pag. 23.

(*ἔκειτο ἐπὶ τοῦ σκίμποδος λειποψυχῶν*) hoc verbum forma participii exstat, Thucydides autem IV 12, 1 et Xenophon Hell. V 4, 58 formam indicativi adhibent. Praeterea legitur in Aristot. vol. II p. 880 b, 29 et apud Xenarchum (Athen. VI 225 D).

ὁμοφρονεῖν, quod apud Libanium legitur vol. IV 714, 21 R (*ὁ δῆμος — ὁμοφρονήσας*), Herodoti auctoritati propterea tribuo, quod apud hunc exstat VIII 3, ex quo capite rhetorem sententiam deprompsisse iam supra vidimus[1]; dicit autem hoc loco: *στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν ἐστιν ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης*. Praeterea exstat hoc verbum apud Her. VII 229, ex quo capite rhetor verbum *λειποψυχεῖν* sumpsit[2]), et IX 2. Sed etiam deprehendimus apud Hom. Od. VI 183. IX 456 et Xen. Hell. VII 5, 7.

παρισοῦσθαι (*parem esse alicui*). Hoc verbum Libanius aeque atque Herodotus cum dativo personae coniungit et forma participii praesentis adhibet; nam legimus apud Lib. or. I 30: *γέροντα γλώττης ἡδονῇ τῷ Νέστορι παρισούμενον* et apud Her. IV 166: *παρισούμενος Δαρείῳ* et VIII 140 α: *μὴ ὦν βούλεσθε παρισούμενοι βασιλεῖ στερέσθαι μὲν τῆς χώρης*; sunt autem verba Alexandri Macedonum regis, ad quem Libanius etiam aliis locis se refert[3]). Plato, qui hoc verbo utitur pol. VI p. 498 E (*ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὡμοιωμένον*), formam participii perfecti adhibet. Sed etiam in carmine Archimeli (Anthol. Pal. app. 15) legitur hoc verbum et Theocrit. id. XVIII 25.

πυρπολεῖν dicit Herodotus VIII 50, in quo capite Graecis nuntiatur Atticam a Persis dirui ac deleri: *ἐληλύθεε ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι*, et Libanius or. LIX 79: *ἃς γὰρ* (scil. *πόλεις*) *ἐκεῖνοι πυρπολοῦντες ἀπηλλάττοντο, ταύτας ἔδει τοὺς κατιόντας ἀνορθοῦν* et decl. IV 64 F: *κἂν παῖδας καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίζωνται, κἂν πυρπολῶσι τὴν πόλιν*. Hoc verbum Libanium Herodoto debere ea de causa censeo, quod in illa parte libri octavi Halicarnassei rhetor summa cum dili-

---

[1]) Vide pag. 37.
[2]) Vide pag. 58.
[3]) Vide pag. 24 sq. et 28.

gentia versatus est; nam ex cap. 49 et 51 et 55 [1]) sententias deprompsit et locutio ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, quae apud Her. VIII 52 exstat, repetitur a Libanio paulo ante illum locum in decl. IV 63 F: εἰς ἔσχατον κακοῦ. Xenophon hoc verbum semel adhibet in Cyr. III 3, 25 et id absolute; praeterea invenitur imprimis apud poetas velut in Hom. Od. X 30. Aristoph. av. 1580; nub. 1479; vesp. 1079. Nicand. ther. 245. 364 [2]); sed etiam apud Plut. Them. 9, qui locus ex Herodoto pendet, et Luc. Bacch. 3 et Polyb. III 82, 10. XXXIX 2, 8.

χρυσοφορεῖν et ab Herodoto et a Libanio dicitur de feminis; legimus enim apud Her. I 82: μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν et apud Lib. vol. IV 201, 8 R: χρυσοφορεῖν δὲ (scil. τῇ γυναικὶ) ἐπέτρεπον. Praeterea invenimus hoc verbum in vol. IV 627, 16, ubi de militibus adhibetur: οἱ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν χρυσοφοροῦντες μάχονται, τούτους ὁ κτείνας συλᾷ. Sed etiam apud Luc. de dea Syr. 45 exstat, quare hoc verbum Herodoti proprium fuisse putandum est, quoniam hac scriptiuncula Lucianus Herodotum imitatus est. Denique deprehenditur etiam apud eum, quem Athenaeus nominat Ὑπέροχος ἢ ὁ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαικά (Athen. XII 528 D) et apud Athenaeum ipsum (XII 518 E).

B. Substantiva.

*ἀγγελιαφόρος dicitur regis Persarum servus, qui nuntios affert. Herodotus utitur hoc vocabulo III 126: ἀγγελιηφόρον — Δαρείου et III 118: Ἰνταφρένης — ἐσιέναι ἤθελε. ὁ δὲ πυλουρὸς καὶ ὁ ἀγγελιηφόρος οὐ περιώρων; I 120 ἀγγελιηφόρος in regiorum servorum numero habetur: ὁ δὲ πάντα, ὅσαπερ οἱ ἀληθέϊ λόγῳ βασιλέες, ἐτελέωσε ποιήσας· καὶ γὰρ δορυφόρους καὶ θυρωροὺς καὶ ἀγγελιηφόρους καὶ τὰ λοιπὰ πάντα διατάξας ἦρχε, item IV 71: τὸν οἰνοχόον καὶ μάγειρον καὶ ἱπποκόμον καὶ διήκονον καὶ ἀγγελιηφόρον; eodem modo hoc verbum adhibet Libanius or. XVIII 135: εἰς ἀγγελιαφόρους τελέσαντες). Praeter utrumque hoc verbum nisi apud Plut. mor. p. 221 D et 866 C et Luc. pro imag. 16, 2 et de sacrif. 81 non exstat.

---

[1]) Vide pag. 23 et 12 et 39.

[2]) Nicandrea, ed. O. Schneider, Lips. 1856.

ἀλουσία, quod deprehendimus apud Libanium in vol. IV 625, 12: *καὶ ἡ ἀλουσία καὶ τὸ μὴ πλείω τῶν τεττίγων ἐσθίειν* et apud Herodotum III 52: *ἀλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι*, illum huic debere propterea puto, quod eis, quae Halicarnasseus dicit, rhetoris verba prorsus respondent; nam *τὸ μὴ πλείω τῶν τεττίγων ἐσθίειν* idem est atque *ἀσιτίη*. Invenimus hoc verbum etiam in Eur. Orest. 216 et in Aristoph. equit. 455 et in Alex. apud Athen. IV 161 D et in Diog. Laërt. VIII 38.

ἄσταχυς, quae vox est epica et ionica, Libanius in or. I 152 ex Her. V 92 ζ cum sententia[1]) mutuatus est, ubi Herodotus dicit: *ἐκόλουε αἰεὶ ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα*; Libanius autem dicit illo loco: *Θρασύβουλος τοὺς τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντας ἐξέκοπτεν*. Praeter hunc locum exstat apud rhetorem in or. XI 19: *τοὺς δὲ ἀστάχυς τῶν παρ' ἄλλοις δένδρων ὑψηλοτέρους* et in eadem oratione 31: *αὔραις — ῥυομέναις τά τε σώματα καὶ τοὺς ἀστάχυς τῆς ἐκ τοῦ καύματος ζημίας* et or. XVIII 248: *ἐλεφάντων, οἷς ἴσον ἔργον δι' ἀσταχύων ἐλθεῖν καὶ φάλαγγος*. Sed etiam apud Homerum hanc vocem invenimus in Iliad. II 148, et ex posterioribus apud Plutarchum nonnunquam et apud Lucianum Char. 2.

βρέφος. Haec vox a Libanio in or. LIX 51 aeque atque ab Herodoto I 111[2]) adhibetur de Cyro Astyagis nepote et Mandanes infante. Sed etiam de bestiis modo editis Herodotus hoc substantivo utitur III 153. Praeter utrumque deprehenditur apud Pindarum Olymp. VI 33 et Pyth. IX 64, apud Aeschylum Agam. 1096, apud Euripidem Bacch. 289.

ἠιών. Hanc vocem adhibet Libanius or. LIX 139 (*καθήμενος ἐπὶ τῆς ἠιόνος*), ante quem locum alia verba Herodoti propria exstant (velut § 138 legitur *λαμπρὸς* de vento usurpatum[3]) et *ἐξώστης*[4]) et § 139 *κρυμός*[5]), et Herodotus II 113 (*ἐπὶ τῆς ἠιόνος*), quo loco et ipso illud *ἐξώστης* invenitur. Praeterea Libanius vocem praebet in ep. 471 (*ἐπὶ τῆς ἠιόνος*) et in ep. 1474 (*ἐπὶ τῆς ἠιόνος*) aeque atque Her. II 113 genetivum cum *ἐπὶ* praepositione coniungens et in or.

---

[1]) Vide pag. 45.
[2]) Vide pag. 32.
[3]) et [4]) Vide infra.
[5]) Pag. 62.

XVIII 205 (*τῶν ἠόνων ὠκεανοῦ*). (Sed etiam in *Δημοσθένους ἀπολογίᾳ* exstat, quae fortasse non Libaniana est, vol. IV 300, 14 R (= VI 402, 10 F): *ναυάγια τῶν παραπλεόντων εἰς τὰς ἠιόνας ἐκβεβρασμένα*, quo loco vocem ex Herodoto fluxisse propterea puto, quod verbum *ἐκβράσσεσθαι*[1]) et ipsum ex eo originem ducit et apud Libanium hoc loco aeque atque apud Herodotum VIII 96 *ζέφυρος ἔφερε — ἐπὶ τὴν ἠιόνα κτλ.* de navium reliquiis narratur.) Ceterum exstat in Xen. Hell. I 1, 5. Arr. VI 26, 5. Apoll. Rhod. II 659. Dion. Hal. ant. Rom. IV 27. Polem. or. I 8[2]), sed etiam apud Homerum, Pindarum, Euripidem.

κηλώνειον. Libanius, qui hoc substantivum adhibet in vol. IV 620, 26, ex Herod. VI 119 mutuatus esse mihi videtur, quo loco de Eretriensibus a Dareo prope urbem Susa collocatis agitur, ad quos Libanium aliis locis se referre iam supra vidimus[3]). Sed etiam exstat apud Her. I 193. Apud ceteros scriptores hanc vocem, quae idem significat ac *tolleno*, non invenimus nisi in Aristoph. frg. 611 M 679 (Kock).

* *κλισιάδες* (= *αἱ δίπτυχοι θύραι*, ut explicat scholiasta codicis Barberini). In or. Lib. XVII 2 legimus: *νῦν ἀνέῳκται κατὰ τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἀνόσια δρῶσιν ὁδὸς εὐρεῖα καὶ κλισιάδες μεγάλαι, καὶ τετείχισται οὐδὲν ἔτι*, quae conferas cum Her. IX 9: *Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων, καίπερ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ*; vidimus igitur summam locorum similitudinem.

κρυμός, quod substantivum Herodoti proprium esse mihi videtur (non exstat apud ceteros nisi in Soph. frg. 448 et in Anth. Pal. VI 252 [Antiphil.] et in Strabon. XI 756), et ipsum illi deberi puto in Libanii or. XVIII 40: *ἀπολωλέναι κρυμῷ τε καὶ νιφάσιν* et in or. LIX 145: *οὔτε χειμερίοις κρυμοῖς εἰς νάρκην συστέλλεται*, quibus in orationibus non pauca Herodotea deprehenduntur. Apud Herodotum autem exstat IV 8: *τὸν Ἡρακλέα ὡς ἀπικέσθαι ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην καλεομένην*

---

[1]) Pag. 55 sq.

[2]) Cf. H. Jüttner, De Polemonis rhetoris vita operibus arte, Bresl. Phil. Abh. VIII 1 p. 116.

[3]) Pag. 20 sq.

(*καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμόν*), *ἐπειρυσάμενον τὴν λεοντέην κατυπνῶσαι* et IV 28: *ἵπποι μὲν ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι.*

λήιον. Hoc substantivum et ipsum a Libanio ex Herodoto sumptum est; nam cum in oratione *Ἀντιοχικὸς* (XI) inscripta exstat, in qua multa Herodotea vocabula inveniuntur, tum in § 31 adhibetur, ubi paulo post substantivum Herodoteum *ἄσταχυς*[1]) legimus; hoc autem et ipsum invenitur in illo capite Her. V 92 ζ[2]), ubi idem illud *λήιον* deprehenditur. Praeterea exstat apud Libanium in eadem oratione XI 23: *δένδρα τε αναδραμόντα καὶ ὑπὸ τοῖς δένδρεσι λήια θάλλοντα* et apud Herodotum I 19: *ὡς ἄφθη τάχιστα τὸ λήιον* et I 193: *ἀρδόμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἁδρύνεταί τε τὸ λήιον* et II 14: *οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι περὶ λήιον πονέουσι.* Sed etiam invenimus in Hom. Iliad. II 147; XXIII 599 et in Hesiod. scut. 288 et in Theocrit. id. X 21 et 42 et in Aristot. hist. anim. IX 6.

νιφετός. Hoc substantivum, quod rhetor adhibet in or. XI 32, sumptum est ex Her. IV 50: *νιφετῷ δὲ πάντα χρᾶται*; nam verbis Herodoti, quae in eodem capite IV 50 exstant, *κρήνη* et paulo post *ὄμβροι* apud Libanium in eadem illa paragrapho 31 et in sequenti 32 respondent verba *ὄμβροι* et *κρῆναι.* Invenitur eadem vox in Hom. Iliad. X 7 et Odyss. IV 566 et in Pind. paean. IX v. 14 (ed. Schroeder) et in Pseudo-Aristot. de mundo cap. IV p. 394 b, 2.

παλίρροια. Hanc vocem Libanius in or. LIX 138 deprompsit ex Her. II 28; nam illo loco complura verba Herodoti propria adhibentur, quae iam supra nominavimus[3]). Hoc substantivum Herodoteum esse iam ex ea re apparet, quod apud ceteros scriptores non invenitur nisi in Soph. fragm. 716, in Callim. Del. 193; Plutarch. mor. p. 413 A. 897 B; Polyb. I 82, 3. XXXIV 9, 5.

πανδαισία. Libanius hanc vocem, quam praebet vol. IV p. 1030, 7 ex Her. V 20 deprompsisse ea de causa mihi vide-

---

[1]) Vide pag. 61.
[2]) Ex hoc loco Libanium sententiam deprompsisse demonstravi pag. 45.
[3]) Vide pag. 61.

tur, quod ex eodem capite etiam ea, quae de Megabazi legatis a Macedonibus interfectis narrantur, delibavit[1]). Sed etiam in Plut. mor. p. 1102 A adhibetur. Conf. schol. ad Aristoph. pac. v. 565.

στέλεχος, quod substantivum de trunco oleae dici solet, Libanius in vol. IV 1030, 8 R (*στέλεχος ἐλαίας*), deprompsit ex Her. VIII 55, quo ex capite non modo verbum *ἀνατρέχειν*[2]), sed etiam totam sententiam[3]) mutuatus est, id quod supra demonstravimus. Invenitur etiam in Dem. or. XLIII 69 et in Pindar. Nem. X 61 et in Aristoph. Lysistr. 336 (schol.: *Στελέχη : ξύλα*).

χλιδή (*luxuria*). Hoc substantivum Libanius, qui id adhibet in vol. IV 175, 24, mihi videtur mutuatus esse ex Her. VI 127, quo loco de illa Agariste Clisthenis filia narratur, ad quam rhetorem alio loco se referre vidimus[4]). Ex prosaicis Xenophon Cyr. IV 5, 17 et Plato symp. p. 197 D, sed etiam tragici hoc substantivum usurpant.

C. Adiectiva.

ἀναπαυστήριος, quod adiectivum Herodotus praebet I 181 (*θῶκοι ἀμπαυστήριοι*), Libanius illum secutus adhibet in or. XI 33 (*τόποις ἀναπαυστηρίοις*); nam ex illo loco Herodoti complura deprompsit, ut infra demonstrabimus. Apud ceteros hanc vocem non invenimus.

ἄπεδος, quod uterque dicit de terra, exstat apud Herodotum I 110: *ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ πᾶσα ἄπεδος*, in quo capite narrat de Cyro a pastore servato[5]). Quare Libanium in or. XI 22, ubi *ἡ ἄπεδος* idem significat atque *πεδίον*, hoc adiectivum Halicarnasseo debere censeo, praesertim cum in hac oratione permulta vocabula Herodotea occurrant. Praeterea legitur apud Thucyd. VII 78, 4: *κατέβησαν ἐς χωρίον ἄπεδον* et Xen. cyn. 10, 9; sed etiam apud posteriores velut Ael. hist. anim. 16, 12 deprehenditur.

---

1) Vide pag. 45.
2) Vide infra.
3) Vide pag. 39.
4) Vide pag. 22.
5) Vide pag. 32.

* *ἐξώστης*. Hoc adiectivum, quod exstat Her. II 113: *ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι* (scil. *μιν*) *ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος*, Libanius adhibet in or. LIX 138: *ἐξῶσται δὲ ὑπολαμβάνοντες ἄνεμοι πρὸς ἀπέραντον ἐκφέρουσι πέλαγος*. Iam propter similitudinem locorum de imitatione iure cogitamus; huc accedit quod Libanius illo loco complura verba Herodoti propria usurpavit[1]). Invenitur hoc adiectivum etiam apud Aeschin. ep. I 3 et Synes. ep. 129[2]) p. 264 B.

* *κυματίας*. Quae Herodotus dicit II 111: *πνεύματος ἐμπεσόντος κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο (fluvius fluctibus agitatus est)*, haec Libanius in animo habet in or. XXV 44: *ἢν δὲ κυματίας ὁ δῆμος γένηται καὶ θυμὸς εἰσίῃ τὸν ὅμιλον*. Idem adiectivum legitur apud Aesch. suppl. 541, ubi aeque atque Her. VIII 118 non de fluctibus agitatis, sed de vento fluctus agitante dicitur.

* *πρόρριζος*. Hoc adiectivum, quod adverbiali notione *(radicitus)* ad verba delendi apponi solet, Libanius in decl. I 126 (*πότερον οὖν δίκην ὑπὲρ Ὁμήρου λαμβάνειν οὗτός ἐστι δίκαιος ἢ διδόναι μᾶλλον, ὃς τὴν ὑπόθεσιν αὐτῷ καταφέρει πρόρριζον*) ex Her. I 32 (*πολλοῖσι γὰρ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προρρίζους ἀνέτρεψε*) sumpsisse mihi videtur propterea, quod illo Libanii loco aeque atque in eodem illo Herodoti capite adiectivum *δίκαιος* eadem notione atque *ἄξιος* cum infinitivo coniunctum exstat (Her. I 32: *δίκαιός ἐστι φέρεσθαι*, Lib. decl. I 126: *λαμβάνειν οὗτός ἐστι δίκαιος*). Cf. Her. III 40. VI 86 *δ*; sed etiam (Eur.) Rhes. argum. fab. v. 44; Andocid. or. I 146; Theophrast. hist. plant. III 6, 4; Dion. Cass. 37, 58; Ioseph. bell. Iud. VII 8, 7; Themist. p. 157, 10. 256, 25.

* *τριώροφος*, quod ab Herodoto urbem Babyloniorum describente I 180 adhibetur, Libanius ex hoc loco deprompsit in or. XI 225; nam ex illo Herodoti capite rhetor etiam alia sumpsit, velut adiectivum *ἀναπαυστήριος*[3]), substantivum *καταγωγή*[4]), structuram *μεσοῦν τινος*[5]). Praeterea apud Libanium

[1]) Vide pag. 61.

[2]) Ed. Hercher, epistologr. Graeci.

[3]) Pag. 64. [4]) Pag. 74.

[5]) Pag. 77 sq.

invenitur in vol. IV 175, 22 R. Apud ceteros scriptores non invenimus.

χρυσῖτις. Etiam hoc adiectivum a Libanio, qui eo utitur in or. XLVII 33 (*ἐξεύρηται δὲ καὶ ἄλλα σοφίσματα χρυσίτιδος γῆς οὐ χείρω*) et in vol. IV 162, 22 R Herodoto deberi puto; hic enim id adhibet III 102 de illa terra aurea a formicis ingentibus effossa, quam rhetor illo loco respicere videtur. Apud ceteros hoc adjectivum non invenitur nisi apud Plutarchum mor. p. 526 B et apud Philostratum minorem[1]).

D. Adverbia.

ἀπεναντίον, quod legitur in Liban. vol. IV 187, 26 R (*ἐμοὶ δὲ ἀπεναντίον ὁ τρόπος*) et 871, 9 (*τοὺς καρποὺς ὡς ἀπεναντίον τῇ ῥίζῃ πεφύκασιν*), ex Herod. VII 55 (*αἱ νέες ἅμα ἀνήγοντο ἐς τὴν ἀπεναντίον*) originem ducere puto; nam ceteri scriptores id non habent[2]) nisi Aristides[3]) or. XLVI p. 248, 6.

* *ἡβηδόν*, quod adhibuit Herodotus I 172 (*ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι ἡβηδόν*, h. e. *omnes Caunii, quatenus aetate vigebant*) et VI 21 (*Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλάς*), Libanius scripsit in or. LIX 100 (*καταλέγουσι μὲν ἡβηδὸν τοὺς ἄνδρας*) et in decl. XVII 40 (*ἡβηδὸν τὴν πόλιν ἀνελεῖν*). Praeterea exstat apud Luc. vit. auct. 14; Tim. 37 et Diod. Sicul. III 54 et apud Aelianum[4]).

Caput II: De vocabulis singulari notione adhibitis.

A. Verba.

* *ἀνακηρύττεσθαι* apud Her. VI 103 notionem habet eandem quam apud Latinos *victorem proclamari*; dicit enim hoc loco Herodotus: *ἵπποισι νικῶν* (scil. *Κίμων*) *παραδιδοῖ Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι*. Libanium, apud quem hoc verbum eadem illa notione exstat in or. LXIV 78, etiamsi Thucydides in V 50, 4 eodem modo id adhibet, tamen in hac re ex Hero-

---

[1]) Vide Schmid l. c. vol. IV p. 260.

[2]) Vide Fr. Schubert, Zur mehrfachen präfixalen Zusammensetzung im Griechischen, Xen. Austr., I. Abt. p. 213.

[3]) Vide Schmid l. c. vol. II p. 176.

[4]) Vide Schmid l. c. vol. I p. 306; vol. III p. 172.

doto pendere puto; nam apud Her. VI 103 et in Lib. or. LXIV 78, ubi *ἀνακηρύττεσθαι* legitur, locutio *ἀναιρεῖσθαι νίκην* exstat [1]).

ἀνατρέχειν ab utroque aeque atque ab Homero duobus locis [2]) de germinibus plantarum pullulantibus dicitur, ab Herodoto VIII 55 (*βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος — ἀναδεδραμηκότα*) et a Libanio in or. XI 228 (*βλαστὸς ἀνέδραμεν*), qui locus totus ex Herodoto depromptus est [3]). Eodem modo rhetor hoc verbum adhibet in eadem illa oratione XI 23: *δένδρα τε ἀναδραμόντα.* Herodotus aliis locis hoc verbum usurpat de urbibus crescentibus; velut VII 156: *ἀνά τε ἔδραμον* (scil. *αἱ Συρήκουσαι*) *καὶ ἔβλαστον* et I 66: *ἀνά τε ἔδραμον* (scil. *οἱ Λακεδαιμόνιοι*) *αὐτίκα καὶ εὐθηνήθησαν.* Apud ceteros scriptores hoc verbum aut de aliis rebus aut translata notione adhibetur velut Hom. Odyss. V 412. X 4: *ἀναδέδρομε πέτρη;* Antip. Sidon. Anth. Pal. VI 115: *ἐκ ῥίζης ἀναδέδρομεν*; Musae. 232, ubi cum substantivo *ὁμίχλη* coniungitur; Plut. Arat. 21 (cum substantivo *νέφος*); Popl. 21: *ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα.*

βοᾶσθαι. Hoc verbum apud utrumque significat quod Latine *nominis famam adipisci* vel *clarum fieri.* Velut Herodotus III 39 dicit: *τοῦ Πολυκράτεος τὰ πρήγματα ηὔξετο καὶ ἦν βεβωμένα ἀνά τε τὴν Ἰωνίην καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα* et VI 131: *Ἀλκμεωνίδαι ἐβώσθησαν ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα* et VIII 124: *Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.* Libanius Herodotum secutus eodem modo hoc verbum adhibet in or. XI 55: *κατ' ἀρετὴν βεβοῆσθαι τὸν Κάσον* et in or. XV 59: *γίνεται τῇ πόλει ζημία τὸ βεβοῆσθαι* et in or. LIX 98: *τῶν ἡρώων τοὺς ἄκρους ἴσμεν — εἰς τὰ πρῶτα βοηθέντας*; cf. or. LIX 155; decl. V 53. VI 10. XI 18 F. vol. IV 273, 15 R. ep. 173. Eadem notione hoc verbum legitur apud Aceratum in Anth. Palat. VII 138 et apud Aristidem [4]).

δεῖν. Hoc verbum uterque saepe adhibet, ut ea quae fato

[1]) Pag. 80 sq.
[2]) Iliad. XVIII 56 et 437: *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.*
[3]) Pag. 39.
[4]) Vide Schmid l. c. vol. II p. 177.

constituta sint, certo ac necessario fieri indicet; et imprimis forma imperfecti *ἔδει* uterque utitur. Atque ut quid dicam facilius cognoscatur, exempla afferam. Herodotus dicit II 161: *ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι* et IV 79: *ἐπείτε δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι* et IX 109: *τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι*[1]), quae Libanius repetit in vol. IV 136,20: *ἐπεὶ δ' ἔδει μοί ποτε γενέσθαι κακῶς*, h.e. latine: *quoniam fatali necessitate erat constitutum, ut in calamitatem inciderem.* Quibuscum conferas quae rhetor dicit in or. XVIII 298: *ἐπειδὴ κακῶς μὲν ἔδει ταύτῃ γενέσθαι* et in or. XII 84: *τῶν δ' ὑπηκόων ὅσοις ἔδει γενέσθαι κακῶς.* Sed etiam cum aliis verbis vel locutionibus coniungitur imperfectum *ἔδει* ab utroque velut apud Her. V 92 *δ*: *ἔδεε δὲ ἐκ τοῦ Ἠετίωνος γόνου Κορίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν* et V 33: *οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίους ἀπολέσθαι* et VI 64: *ἔδει δέ, ὡς ἔοικεν, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληίης* et VI 135: *δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὴ εὖ* et VIII 53: *ἔδει γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσιν* et in Liban. or. XII 45: *ἀλλὰ γὰρ ἔδει καὶ τὸν Ἄρη λυθῆναί ποτε καὶ τοῦτον* et in or. XXXII 12: *ἔδει δὲ αὐτόν, ὡς ἔοικεν* (quod conferas cum Her. VI 64: *ἔδει δέ, ὡς ἔοικεν*) et in or. LIX 131 et in vol. IV 645, 8. 930, 9. 941, 13 R et in ep. 1025. Ex ceteris scriptoribus Thucydides solus, quantum scio, uno loco hoc verbum eadem illa notione adhibuit V 26, 4: *ἀεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε, προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν, ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν.*

* *ἐγχαλινοῦν.* Herodotus III 14 filium Psammeniti eiusque aequales apud Persas captivos nominat *τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους*, quoniam similiter atque equi erant frenati (h. e. ora eorum clausa erant). Hoc Libanius repetit in decl. II 17: *περιμενεῖ* (scil. *ὁ Σωκράτης*) *τὸ κώνειον ἐγκεχαλινωμένος.* Herodotum igitur secutus Libanius hoc participium de iis adhibet, qui ad mortem ducuntur. (Metaphorice exstat in Demosthenis apologia[2]) decl. XXIII 49: *ταῖς μνήμαις τῶν*

---

[1]) Similia dicit I 8: *χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς.*

[2]) Vide pag. 56 s. v. *ἐκβράσσεσθαι* et pag. 61 s. v. *ἠιών.*

ἐμαυτοῦ κακῶν ἐγκεχαλινωμένος.) Proprie verbum dicitur de equis a Xenophonte anab. VII 2, 21: *ἵπποι ἐγκεχαλινωμένοι* et VII 7, 6 et metaphorice a Plutarcho Lys. 21: *ὡς ἐγκεχαλινωμένον τῇ ὀλιγαρχίᾳ τὸν δῆμον ἀνεὶς αὖθις ἐξυβρίσαι.*

ἐκπλώειν ab Herodoto duobus locis adhibetur translata notione; dicit enim III 155: *κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν σεωυτὸν διαφθείρας* (h. e. *nonne de mente exiisti, qui te ipsum perdidisti?*) et VI 12: *παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου (insanientes et mente capti).* Haec Libanius imitari mihi videtur, cum dicit in ep. 329: *ἐδόκεις οὖν μοι τότε μὲν — ἐκπεπλευκέναι σαυτοῦ*[1]).

* *ἐκτρίβειν (delere).* Quod Libanius dicit in decl. XIII 49: *γεωργίαν ἀνθρώπων ἀνελόντες καὶ τὴν γῆν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκτρίψαντες αὐτήν*, hoc loco pronomine indefinito *τις* Herodotus significatur, qui dicit IV 120 de Scythis, quos Dareus aggressus est: *ἐβουλεύοντο — — ὑπεξιόντες — καὶ ὑπεξελαύνοντες τὰ φρέατα — καὶ τὰς κρήνας συγχοῦν, τὴν ποιὴν τὴν τῆς γῆς ἐκτρίβειν*; nam apud utrumque verbum *ἐκτρίβειν* de frugibus terrae vastandis adhibetur et utroque loco substantivum *γῆ* legitur. Sed etiam de aliis rebus eadem notione hoc verbum ab Herodoto usurpatur, velut VI 37: *πίτυος τρόπον σφέας ἐκτρίβειν*[2]) et VI 86: *ἐκτέτριπται πρόρριζος*[3]). Apud ceteros eadem notione non exstat nisi Plut. Eum. 19. Synes. de prov. I p. 108. Them. p. 257, 17.

* *ἐξογκοῦσθαι (gloriari aliqua re).* Apud Her. VI 126 legimus: *ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἦσαν καὶ πάτρῃ ἐξωγκωμένοι* (h. e. *omnes qui se ipsis et patria sua gloriabantur*). Hunc usum verbi Libanius imitatur in decl. IX 45: *ἐξώγκωται τῇ νίκῃ.* Hoc eo magis a Libanio Herodoto deberi puto, quod illo loco Halicarnassei de illis adulescentibus agitur uxorem sibi deposcentibus Agaristam, quam a rhetore etiam alio loco significari

---

[1]) Vide Schmid l. c. vol. II p. 172.

[2]) Hoc expressit Tzetzes hist. I 740: *πίτυος δίκην ἔσπευδον τοὺς Σικελοὺς ἐκτρῖψαι.*

[3]) Cf. (Eur.) Rhes. in argum. fabulae 44: *πόλιν — — πρόρριζον ἐκτετριμμένην* et Eur. Hippol. 684.

supra demonstravimus [1]). Apud ceteros scriptores hoc verbum alia notione exstat.

*ἐπιβάλλειν. In decl. XIII 8 Libanius Corinthios de Atheniensibus facit loquentes: *τί γὰρ αὐτοῖς τῶν ἀνηκέστων τε καὶ δεινῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους οὐ πέπρακται; οὐ φόρους ἐπέβαλον; οὐ ναῦς παρείλοντο;* Quamquam hoc loco argumentum sententiae *φόρους ἐπέβαλον* a Libanio Thucydidi (I 49, 2) debetur, tamen locutionem *φόρους ἐπιβάλλειν* Herodoto tribuo, qui de Persis tributa exigentibus dicit I 106: *φόρον ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον.* Eadem notione hoc verbum apud Aristot. oec. p. 1353 a 13 et Plut. Anton. 51 deprehenditur. Apud ceteros alia notione exstat.

ἐπινέμεσθαι (*latius vagari* vel *latius spargi per aliquam rem*) apud utrumque de incendio adhibetur, velut apud Herodotum V 101: *αὐτίκα ἀπ' οἰκίης ἐπ' οἰκίην ἰὸν τὸ πῦρ ἐπενέμετο τὸ ἄστυ πᾶν* et apud Libanium, qui Herodotum imitatur, in or. LIX 111: *πυρός, ὃ τὴν ναῦν ἐπενείματο τὴν Θετταλῶν* et in vol. IV 935, 5 R: *πῦρ μὲν ἐπενέμετο τὴν Πρωτεσίλα ναῦν.* (Eodem modo hoc verbum usurpant Herodianus I 14, 6. VII 2, 8 et Polybius XIV 5, 7.) Apud ceteros hoc verbum nonnumquam eadem notione exstat, sed cum aliis substantivis coniungitur velut Thucyd. II 54, 5: *ἐπενείματο δὲ Ἀθήνας μὲν μάλιστα* (scil. *ἡ νόσος*); Diod. Sic. XII 12: *καθάπερ λοιμικὴν νόσον ἐπινέμεσθαι τὸν βίον*; cf. XIV 53; Plut. Caes. 19; Pomp. 25.

ἐπιφοιτᾶν. Libanius dicit decl. II 39: *εἰ δέ τις τῶν σοφῶν δαιμόνων ἐπιφοιτᾷ ταῖς τῶν φίλων ψυχαῖς*, ubi *ἐπιφοιτᾶν* de imaginibus per somnum animo oblatis. In hac re rhetor Halicarnasseum secutus est, apud quem legimus VII 15: *ἐπιφοιτέον ὄνειρον φαντάζεταί μοι* et VII 16 *β*: *φῄς τοι — ἐπιφοιτᾶν ὄνειρον θεοῦ τινος πομπῇ* (VII 16 *γ* hoc verbum eadem notione bis exstat). Sed etiam propriam notionem *adeundi* hoc verbum habet apud Herodotum I 112: *ἐπιφοιτήσειν γὰρ κατασκόπους — ἐποψομένους.* Item Thucydides verbum usurpat I 81, 1: *τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοιτῶντες* et I 135: *ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον.* Apud

---

[1]) Vide pag. 22.

Lucianum hoc verbum notione *visitandi* adhibetur, qua etiam apud nonnullos posteriores hic illic deprehenditur; etiam apud Philostratum invenitur[1].

εὐθηνεῖν (= *εὖ διακεῖσθαι*) ab utroque dicitur de terris; velut Herodotus loquitur II 91: *εὐθηνέειν ἅπασαν Αἴγυπτον*, quod Libanius imitatur in or. XI 24: *πάσης εὐθηνούσης* (*τῆς χώρας* scil.); Herodotum secutus rhetor una cum hoc verbo adiectivum *πᾶς* adhibet. Ceteri *εὐθηνεῖν* vel *εὐθενεῖν* adhibent de aliis rebus, cf. Aeschyl. Eum. 945: *μῆλά τ' εὐθενοῦντα Πὰν — — τρέφοι*, ibid. v. 909. Aristot. p. 566 a 22. 569 b 20. 601 b 9. 605 b 7. 625 b 28. 680 a 27. 775 a 29. 1100 a 6. Aelian. var. hist. 13, 1. Apud Herodotum I 66 passivo genere, sed eadem notione legitur: *ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εὐθηνήθησαν* (scil. *οἱ Σπαρτιῆται*).

**καταφαίνεσθαι*. Hoc verbum, quod vulgo cum infinitivo struitur *(videri)*, Libanius in decl. IV 63 (*τοῦ δὲ πράγματος ἡ τελευτὴ καταφαίνεται*) singulari notione apparendi adhibet; hoc loco Herodotum sine dubio sequitur, qui hoc verbum eadem notione usurpavit III 69: *Ὀτάνῃ — κατεφαίνετο τὸ πρῆγμα*; nam apud utrumque substantivum *πρᾶγμα* huic verbo adiungitur. Apud ceteros scriptores hoc verbum eadem notione non deprehendimus; apud Plat. Phileb. 16 C; soph. 268 A, 232 B; leg. I 631 A, VII 811 D; Xen. oec. VII 2; Dem. p. 348, 23; Pseudo-Aristot. mund. p. 391 b 2 absolute ponitur eadem notione qua simplex verbum *φαίνεσθαι* (*videri*); apud Her. I 58 huic verbo infinitivus subiungitur.

περικλείειν ab Herodoto dicitur de montibus, qui planitiem circumdant et cingunt VII 199: *τοῦ δὲ ὄρεος τὸ περικληίει τὴν γῆν τὴν Τρηχινίην ἐστὶ διασφάξ* et III 117: *ἔστι δὲ πεδίον ἐν τῇ Ἀσίῃ περικεκλῃμένον ὄρεϊ πάντοθεν*, quae Libanius imitatur in or. XI 22: *ὄρη δὲ ἡμῖν τὰ μὲν ἐν τῇ χώρᾳ, τὰ δ' αὖ περὶ τὴν χώραν, τὰ μὲν τὴν πεδιάδα τέμνοντα, τὰ δ' εὐρέα τὴν εἴσοδον, τὰ δὲ πρὸς τοῖς τέρμασι περικλείοντα.* A ceteris scriptoribus hoc verbum alia ratione usurpatur velut a Thucydide II 100, 6: *ὑπὸ δὲ τοῦ πλήθεος περικληόμενοι αὐτοὺς — — ἐς κίνδυνον καθίστασαν* et

[1]) Vide Schmid l. c. IV p. 259.

VII 52, 2: *βουλόμενον περικλήσασθαι τὰς νεῦς τῶν ἐναντίων*; simili modo apud Polybium I 53, 10, translata notione apud Sext. Emp. adv. eth. 162 (ed. Bekker) adhibetur.

* *προσπταίειν (cladem accipere).* Libanius, cum dicit decl. IX 49: *εἰ δ' ἀνάγκη τι καὶ προσπταῖσαι (si fato constitutum est, ut cladem accipiam),* sine dubio meminit illorum verborum, quae Herodotus Amasin regem Aegyptiorum ad Polycratem scribentem facit III 40: *βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν*; nam Herodotum secutus Libanius huic verbo pronomen indefinitum *τι* subiungit. Eandem notionem hoc verbum habet apud Herodotum I 16: *προσπταίσας μεγάλως*; I 65: *πρὸς Τεγεήτας μούνους προσέπταιον*; cf. etiam II 161. VI 95. VII 170. 210. IX 107. Aeque adhibetur ab Isocrat. Archidam. § 82: *ἐπειδὴ προσεπταίκαμεν*, Pausan. IX 37, 2: *μεγάλως — προσπταίσαντες*, Dion. Cass. LIV 11. XLIX 32. Apud ceteros idem significat quod apud Latinos *offendere ad aliquam rem.*

ῥάπτειν Herodotus et Libanius eum secutus aeque atque Homerus et Euripides metaphorice adhibent; ceteri velut Xenophon et Demosthenes propria notione *consuendi* usurpant. Legimus enim apud Hom. Iliad. XVIII 367 et Odyss. III 118; XVI 423: *κακὰ ῥάπτειν*, Eur. Andr. 837: *φόνον ῥάπτειν* et Iph. Taur. 681: *μόρον ῥάπτειν*; similiter Herodotus dicit IX 17: *φόνον ῥάπτειν* [1]). Non aliter verbum a Libanio adhibetur in vol. IV 732, 22 R: *τοῖς γὰρ οἷος οὗτός ἐστιν ἀνελεῖν μὲν συμφορὰν οὐκ ἔστι, ῥάψαι δὲ καὶ κατασκευάσαι* (scil. *συμφοράν*) et in ep. 371: *τὸ πάλαι ῥαπτόμενον ἐπὶ τέλος ἥκει.*

σαγηνεύειν (homines sicut feras plagis capere). Herodotus dicit VI 31: *ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων* (scil. *ὁ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων*), *ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους· σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς ἐκ θαλάσσης τῆς βορηίης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους· αἵρεον δὲ καὶ*

---

[1]) Unde hoc verbum hanc translatam notionem acceperit, dilucide apparet ex iis quae Herodotus proverbialiter dicit VI 1: *τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σύ, ὑπεδήσατο δὲ ἐκεῖνος.*

τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλις τὰς Ἰάδας κατὰ ταὐτά, πλὴν οὐκ ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους, οὐ γὰρ οἷά τε ἦν. Ad hunc locum spectant Libanii verba in or. XVIII 61: σαγηνεύοντες γὰρ τοὺς ἐν ταῖς νήσοις ἐν ταύτῃ τῇ θήρᾳ κτλ.; nam apud utrumque agitur de insulis et Herodoti verbo ἐκθηρεύοντες respondent apud Libanium verba ἐν ταύτῃ τῇ θήρᾳ. Et in decl. XIII 55 (ὡς ἀνθρώπους οἱ σαγηνεύσαντες ἀπήγαγον) totam sententiam Herodoto deberi iam supra vidimus[1]). Item hoc verbo utitur Libanius in or. XII 48: φιλονεικήσας ζῶντας λαβεῖν εἰδὼς ἀγαλλομένους θανάτῳ τοσούτους σαγηνεύσας ἤγαγεν et in or. LIX 82: σαγηνευθέντες ὡς ἡμᾶς μετεσκευάσθησαν et metaphorice in or. I 169: ὁ δὲ τὸ διδασκάλων ἐσαγήνευε ἔθνος[2]). Quod hoc verbum etiam apud Platonem semel legitur leg. III 698 D, totus hic locus ad Herodotum referendus esse mihi videtur; nam Platonis verba συνάψαντες τὰς χεῖρας σαγηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται magis congruunt cum iis, quae Herodotus dicit: σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς κτλ., quam ut illum locum ab Halicarnasseo alienum esse contendamus. Tum quod Polemo verbum adhibet in or. II 56, hoc loco scriptor sine dubio Herodotum imitatur. Denique a Luciano deor. dial. 15, 3 et Tim. 25 usurpatur, sed de bestiis.

B. Substantiva.

ἄροτος apud Libanium in vol. IV 367, 20 R (πρὸ Δήμητρος αἱ γεωργίαι μὲν οὐκ ἦσαν οὐδὲ ἄροτοι) aeque atque apud Herodotum IV 46 (ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρότου) et apud Homerum Odyss. IX 122 (οὔτ' ἄρα ποίμνῃσιν καταΐσχεται οὔτ' ἀρότοισιν) significat *agriculturam*, apud Platonem Crat. 406 B (τὸν ἄροτον — — τὸν ἀνδρὸς ἐν γυναικί) et Lucianum Tim. 17 et Aristaenetum I 19 *procreationem liberorum*. Apud tragicos (Aesch. suppl. 629; Soph. Oedip. R. 270; Eur. Med. 1281) vim *fructus* habet. Apud ceteros hoc substantivum non invenimus.

---

[1]) Vide pag. 20.

[2]) Steinius non recte fecisse mihi videtur, quod Her. III 149 (τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι παρέδοσαν Συλοσῶντι ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν) seclusit σαγηνεύσαντες, etiamsi obiecto caret; nam mea quidem sententia τοὺς ἐν αὐτῇ (scil. τῇ Σάμῳ) vel talia quae subaudienda sunt.

καταγωγή apud Herodotum I 181 (*μεσοῦντι δέ κου τῆς ἀναβάσιος ἐστὶ καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀναπαυστήριοι*) significat *locum quemlibet ubi requiescere possis*[1]). Eadem notione adhibetur substantivum a Libanio in or. LII 35: *καταγωγὴν ἄρχοντος δέχεσθαι συνουσίας*, quo loco ex Herodoto pendet; nam in eadem paragrapho rhetor usurpat constructionem *μεσοῦν τινος*, quam in eodem illo capite Herodoti exstare vidimus. Praeterea apud Libanium in vol. IV 1021, 5 *ἔξω θορύβων καταγωγὴν εἶχον τὴν οἰκίαν* idem significans exstat et apud Lucianum Tox. 57 et merced. cond. 32 eadem notione dicitur. Apud ceteros alia vi legitur.

**κομιδή*. Hoc substantivum Herodotus notione *reditus* adhibet VIII 108: *οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται* et VII 170: *οὐδεμίην γάρ σφιν ἔτι κομιδὴν — φαίνεσθαι* et VIII 19: *κομιδῆς δὲ περὶ τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν*, quae Libanius imitatur in decl. I 123: *Ὀδυσσέα — τὰ καὶ τὰ πεπονθέναι — — τὰ μὲν ἐν τῇ κομιδῇ, τὰ δὲ οἴκοι*; in Odyss. IX 232 substantivum de navium vectione dicitur (item in Polyb. IX 43, 6) et in Synes. ep. 55 (epistolograph. Graec. ed. Hercher) significat portationem alicuius rei vel personae et apud ceteros aut importationem aut curationem.

**πρόσχημα*. Libanius hoc substantivum notione *ornamenti* vel *decoris* adhibet in decl. VI 55 (*πρόσχημα τῆς Ἀσίας πρότερον οὖσα* [scil. *ἡ Τροία*] h. e. *Troia erat Asiae decus*) secutus Herodotum, qui vocem simillime adhibet V 28: *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡ Μίλητος αὐτή τε ἑωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα*; nam utroque loco vox de urbibus adhibetur, quae terrae alicuius decora sunt. Aeque usurpatur ab Aristide Panathen. p. 158, 8, qui et ipse in hac re ex Herodoto mihi videtur pendere; sed etiam apud Polyb. III 15, 3; Plut. Alex. 17; Strab. p. 45; Ioseph. ant. XVIII 2, 1 exstat.

σχεδία apud Herodotum IV 88. 89. 97. 98. V 23. VII 36. VIII 97. 107 significat pontem ex tempore factum aeque atque in Aeschyl. Pers. 69. Herodotum imitatus Libanius hoc substantivum eadem illa notione adhibet in or. LIX 114; sed apud

[1]) I. Schweighaeuser, Lexicon Herodoteum, Argentor. 1824 s. v.

Thucydidem (VI 2, 4) et apud Xenophontem (anabas. II 4, 28) et apud Platonem (Phaed. 85 D) *ratis* vim habet, qua notione etiam apud ceteros exstat velut Hom. Odyss. V 33 et Eurip. Hec. 113.

C. Adiectiva.

ἔνυδρος Her. II 7 (*Αἴγυπτος ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἔνυδρος καὶ ἰλύς*) significat idem quod latine *aquis abundans*. Eadem notione adhibetur a Libanio in or. XI 270: *ταύτης* (scil. *τῆς πόλεως*) *κρείττων γίνεται τῷ ἐνύδρῳ*. Etiamsi apud Xenophontem Cyr. III 2, 11 eadem notione exstat[1]), tamen sophistam illo loco Herodotum sequi puto, quoniam in oratione XI multa vocabula Herodotea deprehendi iam supra demonstravimus; apud Platonem soph. 220 B (*τὸ μὲν πτηνὸν φῦλον ὁρῶμεν, τὸ δὲ ἔνυδρον;*) et polit. 264 D (*ἔστι μὲν ἔνυδρον, ἔστι δὲ καὶ ξηροβατικόν*) idem significat quod latine *aquatilis*, qua notione etiam apud Aristophanem ran. 234 deprehenditur. — Item ex Herodoto mutuatus est Libanius contrarium *ἄνυδρος* in decl. I 130, quod apud Herodotum non semel exstat; velut II 149: *ἄνυδρος γὰρ δὴ δεινῶς ἐστι ἡ ταύτῃ*; imprimis *ἡ ἄνυδρος* (scil. *γῆ*) ab Halicarnasseo dicitur *regio deserta atque aquis carens*. Apud ceteros hoc adiectivum non invenitur.

ἐπίσημος. Hoc adiectivum apud Herodotum II 20 (*Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην*) significat quod apud Latinos *insignis* vel *excellens aliqua re*; Libanius Herodotum imitatus adiectivum eadem vi adhibet in decl. VI 40 (*τῶν — ἐκ τύχης ἐπισήμων*) et in vol. IV 1023, 25 R (*πᾶσιν ἐπίσημος τῇ δόξῃ*); utitur igitur uterque hoc adiectivo de viris aliqua re excellentibus[2]). Ceteri hoc adiectivum alia notione adhibent; velut Thucydides II 43, 2 (*τὸν τάφον ἐπισημότατον*, cf. Soph. Ant. 1258: *μνῆμ' ἐπίσημον*) de tumulo insigni et conspicuo, II 13, 3 (*ἀργυρίου ἐπισήμου*, cf. Her. IX 41: *ἔχων χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ ἄσημον* et Xenoph. Cyr. IV 5, 40: *χρυσίον — ἐπίσημον*) de nummis signatis. Herodotus I 51 (*ἀναθήματα οὐκ*

[1]) Cf. Aesch. Agamemn. 1099. Eurip. Phoen. 659; Ion. 872.

[2]) Cf. Eur. Hippol. 103. Luc. rhet. praec. c. 25. Plut. Fab. Max. 14.

ἐπίσημα) hoc adiectivum de sacris dedicatis inscriptione instructis adhibet.

**λαμπρὸς* Herodotus II 96, 2 (*ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ*) de vento vehementi dicit, quod Libanius imitatus est in or. LIX 138: *λαμπραὶ καταιγίδες*. In utroque capite de navigatione agitur. Cf. etiam or. XVIII 268: *αἰγίδος — λαμπρᾶς*. Quamquam usus adiectivi idem est apud Plutarchum Them. 14 et Polybium I 44, 3. 60, 6, tamen Libanius mihi videtur ad Herodotum spectare illo loco, quippe quo complura vocabula Herodotea legantur[1]).

πολέμιος. Hoc adiectivum, quod idem fere significat atque apud Latinos *hostilis*, apud Herodotum persaepe eadem notione exstat, qua a ceteris adiectivum *πολεμικὸς (militaris)* usurpatur et id quidem in accusativo pluralis neutrius generis (*τὰ πολέμια*); velut V 78: *ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνους (quod ad res militares attinebat, superiores erant)* et VII 9 *γ*: *ἄριστοι τὰ πολέμια* et IX 122: *ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια*, item I 126. V 111. VII 111. 234. 238. IX 58 etc.[2]). Hunc usum adiectivi Libanius or. LIX 60 suum facit, cum dicit: *δεινῷ τὰ πολέμια*. Similia invenimus apud Thucydidem, sed apud hunc accusativus *τὰ πολέμια* ab eo adiectivo, ex quo pendet, compluribus verbis separatur, velut IV 126, 3: *ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια* et VI 80, 1: *κρείσσους εἰσὶ τὸ παράπαν τὰ πολέμια*. In Thuc. I 18, 3; Luc. dial. mort. 12, 1; Appian. Iber. 48 accusativus *τὰ πολέμια* ex alio verbo pendet, non ex adiectivo. In Xenoph. anab. I 6, 1 dubium est utrum *πολέμια* an *πολεμικὰ* scribendum sit.

D. Adverbium.

ἀνέκαθεν, quod et apud Aeschylum (choeph. 421, Eum. 347) et apud Plutarchum (Num. 13) de loco dicitur *(desuper)*, Herodotus et Polybius de tempore adhibent *(inde ab antiquis temporibus)*, velut Her. V 65: *ἀνέκαθεν Πύλιοι*, VII 221: *τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος*; cf. I 170. V 55. VI 35. 125. 128

---

[1]) Vide pag. 61.

[2]) Propterea etiam III 4, ubi omnes fere codices praebent: *τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος*, cum codice Romano (R) scribendum est: *τὰ πολέμια ἄλκιμος*.

et Polyb. II 35, 10. V 16, 6. XVI 12, 2[1]). Etiam hoc adverbium Libanius eadem notione atque Herodotus adhibet in vol. IV 809, 14: *τίνος ἀνέκαθεν τοῖς τε νόμοις καὶ τῷ γεγραφότι τοὺς νόμους ἐμέλησεν;*

Satis dictum est de verbis singulari notione adhibitis; nunc disseram de nonnullis verborum structuris singularibus.

Caput III: De verborum structuris.

Quoniam a Libanio permulta Herodoto deberi vidimus, non dubitamus etiam nonnullas verborum structuras apud illum singulares ad Herodoti auctoritatem referre, etiamsi apud ceteros hic illic deprehenduntur; sunt autem hae:

* *ἔχεσθαί τινος (pertinere ad aliquid).* Quae dicit Herodotus II 77: *ὅσα ἢ ὀρνίθων ἢ ἰχθύων σφί ἐστι ἐχόμενα* (*omnia quae ad aves vel ad pisces pertinent*), haec Libanius in animo habet, cum dicit in or. XIV 45: *ὅσα ἦν ἐπίπλων ἐχόμενα* (*omnia quae ad supellectilem pertinebant*). Similia exstant apud Herodotum saepius, velut I 120: *τά γε τῶν ὀνειράτων ἐχόμενα*; V 49: *τοῖσι οὔτε χρυσοῦ ἐχόμενόν ἐστι οὐδὲν οὔτε ἀργύρου*; cf. III 25. 66. VIII 142. Apud Platonem duobus locis eadem structura adhibetur, sed cum genetivo rerum visu tactuque non manifestarum coniungitur leg. II 655 B: *τὰ μὲν ἀρετῆς ἐχόμενα* et VI 775 D: *ὅσα ὕβρεως ἢ ἀδικίας ἐχόμενα*. Ceteris locis alia notione exstat.

εὖ ἥκειν τινός. Quae leguntur apud Libanium in vol. IV 595, 6 R sq.: *τύχης εὖ ἥκοντας* (*bene se habentes quae ad fortunam pertinent*), haec sine dubio ex Herodoto originem ducunt, apud quem talia saepius leguntur, velut I 30: *τοῦ βίου εὖ ἥκοντι* (scil. *αὐτῷ*) — *τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο*; V 62: *χρημάτων εὖ ἥκοντας*; VIII 111: *θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ*; I 102: *ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες*. Sed etiam alia adverbia eodem modo cum verbo *ἥκειν* coniungit, velut VII 157: *δυνάμιος — ἥκεις μεγάλως* et I 149: *ὡρέων δὲ ἥκουσαν* (scil. *χώρην*) *οὐκ ὁμοίως*. Cf. Luc. imag. 11: *μορφῆς εὖ ἡκούσας*[2]).

μεσοῦν τινος. Herodotum dicentem I 181: *μεσοῦντι δέ*

---

[1]) Vide Schmid l. c. vol. I p. 306.

[2]) Vide Schmid l. c. vol. I p. 145.

κου τῆς ἀναβάσιός ἐστι καταγωγή (*in medio ascensu versanti locus ad quietem est*) Libanius imitatur in or. LII 35: *τούτῳ τῆς ἀρχῆς μεσοῦντι*, quo loco paulo ante idem substantivum *καταγωγή* eadem notione exstat atque apud Herodotum illo eodem loco. Cf. Plat. leg. X 618 B: *τὰ δὲ νόσοις, τὰ δὲ ὑγιείαις μεμῖχθαι, τὰ δὲ καὶ μεσοῦν τούτων* et Aristid. or. XIII p. 201, 8: *μεσοῦντας μὲν ἔτι τῆς πορείας προσέβαλεν — βοή*.

ῥύεσθαί τινος. Hoc verbum, quod Attici cum praepositione *ἐκ* struunt, a poetis et ab Herodoto nonnumquam cum mero genetivo coniungitur[1]); hic enim dicit I 86: *εἴ τίς μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι* et IX 76: *ῥῦσαί*[2]) *με — αἰχμαλώτου δουλοσύνης*. Etiam hanc constructionem Libanius ab Herodoto mutuatus est in or. XVIII 206: *ἵππους ὅπλοις ῥυόμενος τραυμάτων*, cf. or. I 222. XI 31; vol. IV 733, 22 sq.: *πόλιν ὅλην ῥύεται νόσου*; vol. IV 141, 24. 455, 11 sq. 887, 7 sq. Eodem modo hoc verbum struitur apud Hippocratem. Sed etiam cum praepositione *ἐκ* coniungitur ab Herodoto V 49: *ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ δουλοσύνης*; I 87: *ῥύσασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ* et a Libanio in ep. 1140: *ῥύεσθαι τοὺς πλέοντας ἐκ κακῶν*, quem locum cum Her. I 87 conferas.

**τελεῖσθαί τινι.* Verba Libanii in or. LIX 89: *Σκύθας — τοὺς Ἄρει τετελεσμένους* (h. e. *Scythas mysteriis Martis initiatos*) et ipsa ad Herodotum pertinent, qui IV 79 de Scyle Scytha quodam narrat: *ἐπεθύμησε Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι.* Sed Scythas Martem omnium deorum maxime coluisse accepimus ex Her. IV 62; videtur igitur Libanius illa scribens utrumque Herodoti locum in animo habuisse. Eandem structuram adhibet Xenophon symp. I 10 (*τοῖς τετελεσμένοις τούτῳ τῷ θεῷ*) et oec. XXI 12 (*σωφροσύνῃ*).

**φέρειν εἴς τι.* Cum dicit Libanius in or. XI 213: *τό γε μηκῦναι τὸν περὶ τῶν στοῶν ὅλως λόγον εἰς τί ποτε αὖ φέρει* (h. e. *quorsum hoc evadit?*), repetit Herodoti verba I 120: *ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαίνεται φέρειν;* (h. e. *quorsum haec evadere vobis videntur?*). Similia apud ceteros non invenimus.

---

[1]) Conf. Krueger, Gramm. Graec. § 47, 13, 1; Kuehner, Gr. Gr. II 1 p. 396; vide etiam Schmid Attic. I p. 146.

[2]) Etiamsi hoc loco plerique codices praebent *λῦσαι*, tamen auctore Kruegero scribendum esse censeo *ῥῦσαι*, quod in codice Romano 123 legitur.

πολὺς ἦν cum participio praesentis coniunctum. Quod Herodotus pro imperfecto verbi duobus locis ponit copulam *ἦν* cum adiectivo *πολλὸς* et participio praesentis coniunctam, idem etiam Libanius nonnunquam adhibet[1]; nam quae legimus apud Her. I 98: *ὁ Δηιόκης ἦν πολλὸς ὑπὸ παντὸς ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος* (= *μάλα — προεβάλλετο καὶ ᾐνέετο*) et IX 91: *πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος ὁ Σάμιος* (= *μάλα — ἐλίσσετο*), haec rhetor imitatur in or. XLVI 34: *οὗτος — πολὺς ἂν ἦν ῥέων κατὰ τοῦ τεθνεῶτος* et in decl. XII § 46: *τὸν Σωκράτην πολὺς ἦν χλευάζων*. Similia apud ceteros non exstant nisi apud Polyb. XVI 6, 9 (*πολὺς ἦν συναθροίζων*) et Dionys. Hal. ant. Rom. VII 54, 6 (*πολὺς ἦν ἐνταῦθα ὀλοφυρόμενος*).

**ἀποχρᾶν* cum dativo personae et participii coniunctum. Hoc verbum, cum ceteri infinitivum ei subiungere soleant, Herodotus et Libanius eum secutus cum dativis personae et participii eius verbi construunt, quod a ceteris infinitivi forma ponitur; loquitur enim Herodotus VII 148: *σφίσι ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι* et Libanius simillime in decl. V 62: *ὑμῖν ἀπολαμβάνουσιν οὐκ ἂν ἀπέχρησεν*. Eandem structuram semel adhibet Aeschylus Agam. 1574: *Κτεάνων τε μέρος βαιὸν ἐχούσῃ πᾶν ἀπόχρῃ μοι.* —

Caput IV: De locutionibus.

Primum agamus de eis locutionibus, quae verbis continentur, deinde de eis, quae nominibus inter sese coniunctis constant, denique de vocibus, quae a praepositionibus suspensae adverbiorum loco adhibentur.

A. De locutionibus quae verbis continentur.

κακὰ ἀναβλαστάνει. Quae Herodotus narrat V 92 δ: *ἔδει δὲ ἐκ τοῦ Ἠετίωνος γόνου Κορίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν*, haec Libanius respicere mihi videtur in or. XVIII 95: *τὰ μόλις ἐκτμηθέντα κακὰ πάλιν ἀναβλαστήσειν ἡγουμένων.* Apud ceteros hanc locutionem non invenimus.

---

[1]) Hanc structuram Herodoti propriam esse iam Kuehner contendit Gr. Gr. II 2 p. 58; vide etiam Schmid l. c. vol. III p. 173.

τὸ πεδίον πέλαγος γίγνεται. Quae leguntur apud Libanium in or. XII 11: *κἂν τὰ πεδία γένηται πέλαγος*, sine dubio alludunt ad ea, quae legimus Her. III 117: *ἀποκληιμένου δὲ τοῦ ὕδατος τῆς διεξόδου τὸ πεδίον τὸ ἐντὸς τῶν ὀρέων πέλαγος γίνεται*; cf. etiam ea quae Halicarnasseus dicit II 97: *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται, αἱ δὲ πόλεις μοῦναι ὑπερέχουσαι.*

πόθος λαμβάνει τινά τινος. Quod legitur apud Libanium in ep. 61: *πόθος ἔλαβε τὸν βασιλέα τῆς τούτου γλώττης*, hanc locutionem refero et ipsam ad Herodotum, qui dicit I 165: *ὑπὲρ ἡμίσεας τῶν ἀστέων ἔλαβε πόθος τε καὶ οἶκτος τῆς πόλιος*, praesertim cum apud utrumque eadem forma *ἔλαβε* exstet. Apud ceteros hanc locutionem non deprehendimus.

εἰς ἀνάγκας ἄγειν (*tormentis lacerare aliquem*). Hanc locutionem, quam adhibet in ep. 540: *τοῖς μὲν ἄρχουσι πληρῶν ἐπιθυμίας, τοὺς δ' ἀρχομένους εἰς ἀνάγκας οὐκ ἄγων*, rhetor et ipsam Herodoto debet, qui eam praebet I 116: *ὁ δὲ ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας οὕτω δὴ ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον.* Sed etiam amplificavit locutionem Libanius in ep. 112: *εἰς πάσας μὲν ἀνάγκας ἀχθείς* et or. XIV 16: *πρὸς πάσας ἀνάγκας ἤγετο.*

* *σῖτον αἱρεῖσθαι*, quam locutionem praebet Herodotus VII 120: *βασιλεὺς Ξέρξης οὐ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ἐνόμισε σῖτον αἱρέεσθαι*, etiam Thucydides ex Halicarnasseo delibavit II 75, 3: *διῃρημένοι κατ' ἀναπαύλας, ὥστε τοὺς μὲν φέρειν, τοὺς δὲ ὕπνον τε καὶ σῖτον αἱρεῖσθαι*; nam apud Herodotum talia saepius inveniuntur velut IV 128: *σῖτα — ἀναιρεομένοισι* et *σῖτα ἀναιρεομένους* et III 26: *ἄριστον αἱρεομένοισι*[1]). Quam ob rem etiam Libanium hanc locutionem Herodoto debere puto in or. LIX 129: *μήτε σῖτον ἔξω τῶν ὅπλων αἱρεῖσθαι* et in vol. IV p. 625, 1 R: *ἐπὶ τῇ ταλασίᾳ σῖτον αἱρουμένῃ* et in ep. 258: *οἴκαδε σῖτον αἱρουμένῳ πολλάκις.*

* *ἀναιρεῖσθαι νίκην.* Libanius hanc locutionem adhibet in decl. XI 18: *ἕτερόν ἐστιν — νίκην ἀνελέσθαι μαχόμενον*

---

[1]) Videtur locutio originem ducere ex Homero; vide Odyss. XIV 347: *παρὰ θῖνα θαλάσσης δόρπον ἕλοντο.*

καὶ τίμημα ἐκτῖσαι δύνασθαι, ubi de Miltiade minore agitur; propterea quod Herodotus eandem locutionem praebet VI 103, ubi de Miltiadis minoris avis narratur, rhetorem etiam hanc locutionem ex Halicarnasseo libavisse censeo. Praeterea in eodem capite Herodoti paulo post exstat verbum *ἀνακηρυχθῆναι*, quod et ipsum Libanius ex illo delibavit[1]). Eadem locutio exstat Her. IX 64: *νίκην ἀναιρέεται καλλίστην*[2]). Similia Herodotus saepe praebet; velut in eodem illo capite VI 103 verbum *ἀναιρεῖσθαι* non modo cum accusativo *νίκην* coniungit (*ταύτην τὴν νίκην ἀνελόμενον*), sed etiam cum *Ὀλυμπιάδα* (*Ὀλυμπιάδας ἀνελέσθαι — ἀνελόμενον ἄλλην Ὀλυμπιάδα — τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμενοι*)[3]), quibus locis accusativus *νίκην* vel *νίκας* subaudiendus est (cf. etiam Her. VI 70. 125) et cum accusativo *ἀγῶνας* IX 33 (*ἀγῶνας — ἀναιρήσεται, ἀναιρησόμενος ἀγῶνας*). Libanius illam locutionem *νίκην ἀναιρεῖσθαι* saepe usurpat, velut in or. XII 54 (*τὴν νίκην ἀνεῖλον*), XIII 9 (*νίκην — λαμπρὰν ἀνῃρεῖτο*), or. XVII 31. XVIII 1. decl. X 31 vol. IV 937,16. 941,17 R. ep. 372. 394. 876.

ἀλγεῖν τὴν ψυχήν. Hanc locutionem, quam Herodotus de Polycratis fatis narrans adhibet III 40: *τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις* (*animi aeger eris*) et 43: *ἀλγήσειε τὴν ψυχήν*, e quibus capitibus argumentum diegematis *περὶ Πολυκράτους* depromptum esse vidimus[4]), Libanius et ipsam mutuatus est in decl. IX 12: *τὴν ψυχὴν ἀλγήσας*; nam paulo ante in eadem paragrapho legimus: *οἱ συμφοραῖς κεχρημένοι*, cui apud Herodotum illo loco respondet III 41: *συμφορῇ ἐχρᾶτο.* Eadem illa locutione utitur Libanius in or. XVIII 85: *ἤλγησέ τε τὴν ψυχὴν* et per analogiam dicit in or. XIX 47: *ἤλγησε — τὴν καρδίαν*[5]).

**χεῖρας ἀνταίρεσθαι.* Quod dicit Libanius in or. LIX 60: *τὸ Περσικὸν ἔθνος τὰς χεῖρας ἀντήρατο* (scil. *ἐκείνῳ*) (h. e. *Persae ad bellum consurrexerunt contra illum*), hoc certo

---

[1]) Vide pag. 66 sq.

[2]) Per analogiam dicit rhetor in vol. IV 804, 20: *τὰ κάλλιστα τῶν πώποτε τροπαίων ἀνείλετο*; cf. Hom. Odyss. XXI 117: *ἀέθλια κάλ' ἀνελέσθαι.*

[3]) Conf. Isocr. or. VI 95.

[4]) Vide pag. 6.

[5]) Conf. Eur. Or. 597: *ἀλγεῖν φρένας* et Iph. Aul. 1413: *ἀλγεῖν φρένα.*

petivit ex eis quae Herodotus VII 209 Demaratum Xerxi dicentem facit: *εἰ τούτους γε καὶ τὸ ὑπομένον ἐν Σπάρτῃ καταστρέψεαι, ἔστι οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων, τὸ σέ, βασιλεῦ, ὑπομενεῖ χεῖρας ἀνταειρόμενον*; nam utroque loco substantivum ʼ*ἔθνος* sententiae est subiectum. Apud Herodotum haec locutio saepe invenitur, velut III 144: *οὔτε τίς σφι χεῖρας ἀνταείρεται* et VI 44: *Θασίους οὐδὲ χεῖρας ἀνταραμένους κατεστρέψαντο* et VII 101. 143. 212[1]). Similiter dicit Halicarnasseus VIII 140 α: *πόλεμον βασιλεῖ ἀνταειρόμενοι* et VII 132: *οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀράμενοι*; cf. VII 156. Libanius in vol. IV 864, 16 R locutionem activo genere adhibet: *οὐ γὰρ δὴ χεῖρας ἔμελλε ὁ νέος — ἀνταίρειν*. Quod eadem locutio deprehenditur etiam apud Thucydidem III 32, 2: *οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους οὔτε πολεμίους*, hic et ipse eam Herodoto videtur debere[2]).

**ἀφιέναι εἰς τὸ πέλαγος* (scil. *ναῦν*) (*in altum provehi*). Ad ea quae legimus apud Her. VII 193: *ἐνθεῦτεν — ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν*, sine dubio referenda sunt Libanii verba in ep. 1140: *εἰ μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφήσειν ἔμελλεν Ἀλέξανδρος*; nam loci simillimi sunt. Etiam Thucydides eandem locutionem Herodotum secutus adhibet VII 19, 4: *ἀπὸ τοῦ Ταινάρου τῆς Λακωνικῆς ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν*. Per imaginem Libanius ea utitur in or. XIII 26: *ἀλλ' ἐκεῖνα μέν μοι χορηγήσει πρὸς μῆκος λόγου μικρὸν ὕστερον, ἐπειδὰν εἰς τὸ πᾶν ἀφεῖναι πέλαγος ὁ θεὸς ἐπιτρέπῃ κτλ.*

**ἀφιέναι φέρεσθαι κάτω*. Quae Libanius praebet in or. XXIV 15: *ἀνάγοντες αὐτοὺς οἱ προσήκοντες ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀφίεσαν γυμνοὺς φέρεσθαι τοὺς ταλαιπώρους κάτω*, haec refero ad Herodoti verba III 75: *ἀπῆκε ἑωυτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω*. Similia invenimus apud Halicarnasseum I 194: *τὸ πλοῖον τοῦτο ἀπιεῖσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι* et II 96: *τὴν μὲν θύρην — ἔμπροσθε τοῦ πλοίου ἀπίει ἐπιφέρεσθαι*.

---

[1]) Itaque Foerster in decl. III 21 recte scripsit *χεῖρας ἀνταράμενος* pro *χεῖρα*, quod duo codices praebent.

[2]) Sed quae rhetor dicit vol. IV 405, 1: *ὅπλα ἀνταιρόμεθα*, eadem leguntur apud Thucydidem I 53, 2: *ὅπλα ἀνταιρόμενοι* et apud Xenophontem Cyr. V 4, 25: *ὅπλα ἀνταίρῃ μοί σοι*, non apud Herodotum.

ἐφ' ἑαυτοῦ βάλλεσθαι (suo ipsius consilio niti). Apud Libanium in decl. IV 13, ubi pars codicum praebet: ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ βαλλόμενος ἔπραττε, equidem censeo cum Foerstero scribendum esse ἐφ' ἑαυτοῦ — ἔπραττε; nam haec ex Herodoto originem ducunt, qui scribit III 155: ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλόμενος ἔπρηξα (*meo consilio egi*), ubi aeque atque apud Libanium haec locutio cum verbo πράττειν coniuncta est. Eadem Halicarnasseus compluribus locis dicit, velut V 106: ἴσθι αὐτὸν ἐπ' ἑωυτοῦ βαλλόμενον πεποιηκέναι (item III 71) et IV 160: ἐπ' ἑωυτῶν βαλόμενοι ἔκτισαν πόλιν, et V 73: οἱ δὲ ἄγγελοι ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλόμενοι διδόναι ἔφασαν (scil. γῆν τε καὶ ὕδωρ) et VIII 109: ὁρμέατο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πλεῖν καὶ ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλόμενοι; exstat locutio etiam apud Aelianum[1]).

αὐτόπτην γίγνεσθαι (suis ipsius oculis videre). Hanc locutionem Libanius, qui eam adhibet in decl. V 88: ἠνάγκασμαι πρὸς σὲ λέγειν, ὧν αὐτόπτης γεγένησαι, deprompsit ex Her. VIII 79: ἐγὼ γὰρ αὐτόπτης τοι λέγω γενόμενος; nam hoc loco aeque atque apud Herodotum locutio cum verbo λέγειν coniungitur. Praeterea locutionem Halicarnasseus adhibet VIII 80: αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος ἥκεις et III 115: τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι. Cf. Plut. mor. p. 9 D.

* *ἐξίτηλον γίγνεσθαι χρόνῳ (diuturnitate extabescere).* Herodotus in prooemio libri primi loquitur: ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, ad quae Libanius respicit in or. LIX 84: οὐ γὰρ ἐξίτηλον χρόνῳ γεγονυῖαν πρᾶξιν διηγούμεθα. Sed etiam omisso illo dativo χρόνῳ locutio exstat apud Libanium in vol. IV 770, 13R: τὴν ἀκοὴν ἐκείνην ἐξίτηλον γενέσθαι et apud Herodotum V 39: οὐ περιοπτέον γένος τὸ Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον[2]).

δρασμὸν βουλεύεσθαι (fugam meditari). Hanc locutionem, quam apud Herodotum compluribus locis legimus velut VIII 75: οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καταρρωδηκότες et activa forma VIII 4: οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπι-

[1]) Vide Schmid l. c. vol. III p. 171.
[2]) Conf. Plat. Criti. 121 A. Diosc V 13.

κόμενοι — — καταρρωδήσαντες δρησμὸν ἐβούλευον et VIII 18: Ἕλληνες — δρησμὸν δὴ ἐβούλευον ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα et V 124: δρησμὸν ἐβούλευεν (scil. Ἀρισταγόρης), et ipsam Libanius adhibuit in vol. IV 644, 5 R, ubi quamquam codices praebent δρασμὸν δὲ οὐκ ἐβουλόμην, tamen scribendum est δρασμὸν δὲ οὐκ ἐβουλευόμην, ex quo facile ἐβουλόμην corrumpi potuit[1]). Activo genere locutio etiam apud Lucianum Char. 21 exstat: δῆλοί εἰσι δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες et ep. Sat. 35: δρασμὸν βουλεύσουσιν. Apud alios eandem locutionem non invenimus.

ἐκδέχεσθαι τὴν ἀρχήν (*regno succedere*). Haec locutio, cuius exempla apud Herodotum exstant I 7: ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν[2]) et VIII 44: ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, apud Libanium invenitur in or. XLVI 20: κτᾶται δ' ὁ τὴν ἀρχὴν ἐκδεξάμενος, or. LV 10: εἰ δὲ ἐκδέξαιο τεθνειῶτος αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, or. LXII 58: ἐξεδέξατό τε τὴν ἀρχήν. Sed etiam cum substantivo βασιληίην verbum ἐκδέχεσθαι ab Herodoto saepius coniungitur, velut I 26: τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω ἐξεδέξατο τὴν βασιληίην Κροῖσος; item I 107. II 111. 112. 121. 127 etc. Quin etiam absolute verbum ἐκδέχεσθαι eadem notione Halicarnasseus adhibet II 161: Ψάμμιος δὲ ἓξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσαντος καὶ μεταυτίκα τελευτήσαντος ἐξεδέξατο Ἀπρίης; et I 103.

* ἐνδεῖν ἀνάγκῃ. Quae Herodotus dicit I 11: ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδέειν διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν et IX 16: ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι[3]), ad haec Libanius spectat in or. LVII 31: ἤδη δέ τινες ἀφορήτοις ἀνάγκαις ἐνδήσαντες τὸν ὀφείλοντα.

---

[1]) Hunc locum non recte se habere iam Morellus et Reiskius cognoverunt; sed ab iis scribentibus ἐβούλευον dissentio, quoniam βουλεύειν δρασμὸν significat *constituere fugere* et βουλεύεσθαι δρασμὸν *fugam meditari,* id quod ex Herodoti locis cognoscitur.

[2]) Conf. quae Libanius similiter dicit in or. XI 68: ἔχοντες τοίνυν τὴν Ἰώνην οἱ τότε, παῖδες ἀεὶ παρὰ πατέρων δεχόμενοι. Simile est Her. II 166: παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος.

[3]) Hunc usum verbi ἐνδεῖν Herodotus ex Homero videtur delibavisse

διὰ μάχης ἐλθεῖν (rem aciei committere). Herodotum dicentem VI 9: *εἰ δὲ ταῦτα μὲν οὐ ποιήσουσι, οἱ δὲ πάντως διὰ μάχης ἐλεύσονται* Libanius imitatur in or. XVIII 91: *οὔποτ' ἂν ἦλθε διὰ μάχης ἐγνωκὼς ἀεὶ μέλλειν* et per imaginem locutionem adhibet in ep. 60: *διὰ μάχης ἔφασκεν ἐλθεῖν σοι.* Similiter dicit Halicarnasseus I 169: *οἱ δ' ἄλλοι Ἴωνες — διὰ μάχης μὲν ἀπίκοντο Ἁρπάγῳ.*

**γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν.* Libanii verba in or. XII 13: *τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἡλίου δίκην ἐπέχειν* et ipsa ad Herodoti auctoritatem referenda sunt, qui VII 19 narrat: *ἐδόκει ὁ Ξέρξης* (scil. *ἐν τῷ ὕπνῳ*) *ἐστεφανῶσθαι ἐλαίης θαλλῷ, ἀπὸ δὲ τῆς ἐλαίης τοὺς κλάδους γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν*[1]).

**γῆν περιτέμνεσθαι (terrae expugnatae partem sibi discribere).* Quae Herodotus IV 159 dicit: *συλλεχθέντος δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐς τὴν Κυρήνην περιταμνόμενοι γῆν πολλὴν οἱ περίοικοι Λίβυες — — ἔδοσάν σφεας αὐτοὺς Ἀπρίῃ*, haec in animo habet Libanius, cum dicit in decl. IV 44: *εἰ — — περιετεμνόμεθα γῆν κτλ.* Apud alios locutionem eandem non deprehendimus.

κατορύσσειν ζῶντα. In ep. 730 Libanius scribit: *μᾶλλον ἀποδοῦναι χάριν ἢ ζητεῖν κατορύξαι ζῶντα*; hanc locutionem et ipsam Herodoteam esse censeo, qui eam praebet VII 114: *Ἐννέα δὲ ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιχωρίων ζώοντας κατώρυσσον* (scil. *οἱ Πέρσαι*). *Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν* et III 35: *ἑτέρωθι δὲ* (scil. *ὁ Καμβύσης*) *Περσέων ὁμοίους τοῖσι πρώτοισι δυώδεκα ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ ἑλὼν ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε.* Idem repetitur a Libanio in vol. IV 678, 15 sq. R: *ὁ δὲ μηδένα ἀνθρώπων* (scil. *ἐλεήσας*) *δικαίως ἂν κατορύττοιτο ζῶν.* Etiam Xenophon mem. I 2, 55 (*οὐ τὸν μὲν πατέρα ζῶντα κατορύττειν διδάσκων, ἑαυτὸν δὲ κατατέμνειν*) et Plutarchus Num. 10 (*ἡ δὲ τὴν παρθενίαν καταισχύνασα ζῶσα κατορύττεται*) locutionem ex Herodoto deprompserunt.

(Iliad. II 111 et IX 18: *Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ*); cf. etiam Sophocl. Oed. Col. 526 sq.: *κακᾷ μ' εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν γάμων ἐνέδησεν ἄτῃ.*

[1]) Vide etiam pag. 33.

* *εἰς λέβητας εἰσβάλλειν.* Quae Libanius in or. LVII 27 proverbialiter dicit: *οὐκ εἰς λέβητας ἐνέβαλον οὐδὲ ἑψήσας ἔφαγον*, haec refero ad Her. IV 61, ubi de Scytharum sacerdotibus narratur: *γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν, ἔπειτα ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες, ἐς λέβητας ἐπιχωρίους, — ἐς τούτους ἐσβάλλοντες ἕψουσι* et ad Her. I 119, ubi legimus Astyagem, postquam Harpagum sibi non paruisse cognovisset, eius puerum ulciscendi causa interfectum patri necopinanti edendum dedisse; videtur igitur rhetor ex illo capite verba, ex hoc rem sumpsisse.

περὶ τῆς ψυχῆς θέειν vel *τρέχειν.* Metaphorice dicit Herodotus IX 37: *τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς — ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου*, h. e. *de vita sua currens (= in ultimum vitae discrimen adductus) — inenarrabile facinus confecit* et similiter VII 57: *περὶ ἑωυτοῦ τρέχων*, VIII 102: *πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτῶν οἱ Ἕλληνες*, VIII 140*α*: *θέειν ἀεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν.* Ad haec spectans Libanius dicit in vol. IV 809, 23 sq.: *τίς γὰρ οὕτω φιλοκίνδυνος — ὥς — καὶ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχειν (quis est tam temerarius, qui — — — et de vita sua currat* h. e. *vitam suam in discrimen committat)* et in vol. IV 542, 36 sq.: *οἱ δὲ τὸν περὶ τῆς ψυχῆς ἔθεον δρόμον*, quo loco collato apud Her. VIII 74 censeo scribendum esse, quod codex Venetus (littera b signatus) solus praebet: *ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες*, etiamsi ceteri codices dant *δρόμου.* Cf. etiam Aristoph. vesp. 376: *τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν.*

* *ψυχὴν παραιτεῖσθαι (mortem deprecari).* Hanc locutionem Libanium ex Herodoto deprompsisse iam e summa locorum similitudine apparet; nam iis, quae Herodotus scribit I 24: *χρήματα μὲν σφι προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον (divitias iis cedentem, sed mortem deprecantem)*, prorsus respondent Libanii verba in or. XXV 40: *χρημάτων μὲν ἀφίστασθαι, ψυχὴν δὲ παραιτεῖσθαι σὺν γόοις.* Huc accedit quod illo loco Herodoti agitur de Arione, de quo rhetor diegema composuit, ut supra vidimus[1]).

* *εἰς δάκρυα πίπτειν.* Herodotum, qui VI 21 narrat:

[1]) Vide pag. 7 sq.

ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον[1]), Libanius secutus est in vol. IV 842, 18 sq.: οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν πολλοὺς εἰς δάκρυα πεσεῖσθαι τῶν κακῶν τῶν ἡμετέρων ἀκούοντας. Aeque dicit rhetor in or. XI 155: ἔπεσε μὲν ὁ δῆμος εἰς δάκρυα; similiter Dio Cass. 41, 58.

ἀνάστατον ποιεῖν. Haec locutio, quae, si adhibetur de urbibus, significat *expugnare atque delere*, et si de nationibus, vim habet eandem quam *patria expellere*, legitur apud Libanium in decl. XIII 25: τὸν ἀναστάτους[2]) οὐκ ἄνδρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πόλεις ποιήσαντα, ubi Xerxes alluditur. Respicit igitur rhetor ad Herodoti verba VII 56: ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξην θέμενος ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα θέλεις ποιῆσαι;[3]) Aeque Libanius dicit in or. XXIV 37: τὴν Περσῶν μὲν ἐπιστρατεύσας ἀνάστατον ἐποίει et Herodotus I 155: δείσας μὴ ἀναστάτους ποιήσῃ τὰς Σάρδις et I 177: Τὰ μέν νυν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε. Cf. etiam Plat. leg. III 682 D: Ἀχαιοὶ τὴν Τροίαν ἀνάστατον ἐποίησαν et Isocr. or. IV 37.

*οὐδεμίαν ὥραν ποιεῖσθαι. Hanc locutionem Herodoti propriam esse iam ex ea re apparet, quod Lucianus in libello περὶ τῆς Συρίης θεοῦ (c. 19) et Pseudo-Lucianus in scriptiuncula περὶ ἀστρολογίης (c. 27) eam adhibent, quippe quorum auctores Herodotum dedita opera imitentur. Apud Herodotum autem invenitur locutio IX 8: τότε δὲ ὤρην ἐποιήσαντο οὐδεμίην, ad quem locum Libanius spectat in or. XXIV 20 dicens: μηδεμίαν ὥραν τῆς ὑπὲρ Ἰουλιανοῦ δίκης πεποιημένοι. Apud ceteros non exstat nisi apud Aelian. nat. anim. 5, 50: οὐ ποιοῦνται ὥραν.

δεινὸν ποιεῖσθαι. Herodotum dicentem III 155: δεινόν τι ποιεύμενος Ἀσσυρίους Πέρσῃσι καταγελᾶν (in quo capite de Zopyro[4]) narratur) Libanius imitatur in ep. 407: δεινόν τι ποιούμενος Ἀρισταίνετον εἶναι ἐν πένθει. Itaque

[1]) Ad Phrynichum etiam aliis locis Libanius alludit; vid. pag. 46 sq.

[2]) ἀνασπάστους e melioribus codicibus scribendum esse postea demum e Foersteri editione cognovi.

[3]) Ad hunc locum Libanius duobus aliis locis respicit; vide pag. 14 et 16.

[4]) Vide pag. 50.

quod Herodotus *δεινὸν ποιεῖσθαι* omisso pronomine *τι* compluribus locis usurpat (I 127: *Πέρσαι — — πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων ἄρχεσθαι*, II 133: *δεινὸν ποιησάμενον*, quo loco de Mycerino agitur[1]), VII 163: *δεινὸν δὲ καὶ οὐκ ἀνασχετὸν ποιησάμενος*), in hac re Libanium ex illo pendere puto in or. XXV 1: *πάλιν εἰ ἐγκαλεῖ τις, ποιεῖται δεινόν*, ubi in superiore linea legitur verbum singulare *δεινολογεῖται*, quod et ipsum Herodoteum esse demonstravimus[2]), et in ep. 1036b: *πόλεις — εἰ δεήσει σώφρονας ἀποδεῖξαι, δεινὸν ποιῇ*, etiamsi apud Thucydidem eandem locutionem deprehendimus duobus locis I 102, 4: *δεινὸν ποιησάμενοι καὶ οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν* et VI 60, 4: *δεινὸν ποιούμενοι πρότερον, εἰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας — μὴ εἴσονται.*

ἐν κέρδει ποιεῖσθαι (*in lucro ponere*). Hanc locutionem nisi apud Herodotum et apud Libanium non invenimus, quare eam rhetorem ab Halicarnasseo deprompsisse censeo. Dicit enim Herodotus III 121 *δ*: *τὸν ἐκκεχυμένον οἶνον συγκομίζειν ἐν κέρδεϊ ποιουμένους* et VI 13: *ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο περιποιῆσαι τὰ — ἱρά* et Libanius in or. IX 6: *ἐν κέρδει τὴν ἀνάλωσιν ποιοῦνται* et in or. XXI 4: *ἐν κέρδει ποιουμένου τὴν Καισαρίου φύσιν.*

φωνὴν ῥῆξαι (*vocem emittere*). Hanc locutionem Libanium Herodoto debere apparet ex iis, quae dicit in decl. II 21: *τόν γε Κροίσου τοῦ Λυδοῦ φασι παῖδα κωφὸν ὄντα πρότερον ῥῆξαι τὴν φωνὴν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς συμφορᾷ*, quam sententiam totam ex Halicarnasseo depromptam esse iam supra demonstravimus[3]); nam et hic I 85 de Croesi filio muto narrans dicit: *ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν.* Eodem spectant Libanii verba in ep. 393: *ἐγὼ δὲ εὐθὺς μὲν ἀκούσας ἄφωνος ἦν ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ἐπεὶ δὲ ἠδυνάσθην ῥῆξαι φωνήν, ἀφῆκα πρώτην κτλ.* Praeterea invenitur locutio apud Herodotum II 2: *ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην* (de infantibus modo editis) et apud Libanium in decl. IX 53: *παρ' ἐμοὶ τὴν πρώτην ἔρρηξας φωνήν* (de infante modo edito); sed etiam vol.

---

[1]) Vide pag. 45.
[2]) Vide pag. 54 sq.
[3]) Vide pag. 41 sq.

IV 573, 2: *οὐδ' ἐν τηλικούτοις βιωσόμενος φόβοις ἐτόλμησα ῥῆξαι φωνήν*, vol. IV 323, 2: *ῥαγήσεται φωνή*, or. XIX 31: *αὐτὸν δὲ οὐκ εἴα ῥῆξαι φωνήν*, or. XXII 5: *φωνὴν ἔρρηξαν στασιαστικήν* (de iis qui antea tacuerunt), quocum loco conferas Her. V 93: *φωνὴν ῥήξας* (de eo qui antea tacuit). Similiter dicit Demosth. or. IX 61: *οὐ πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς τοιούτου κακοῦ προσιόντος ῥῆξαι φωνήν.*

συμφορᾷ χρῆσθαι. Hanc locutionem Libanius in decl. IX 12 (*οἱ συμφοραῖς κεχρημένοι*) una cum *ἀλγεῖν τὴν ψυχήν*[1]), quae in eadem paragrapho exstat, ex Herodoto mutuatus est; nam apud hunc III 40 legitur: *τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις* et paulo post III 41: *συμφορᾷ ἐχρᾶτο*, quod idem significat atque *in luctu atque maerore esse.* Ex illis capitibus Herodoti III 40 sq. argumentum diegematis Libanii *περὶ Πολυκράτους* fluxisse supra demonstravimus[2]). Eadem illa notione locutionem adhibet Herodotus VII 134: *ἀχθομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρεωμένων* et VIII 20: *ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι παρῆν σφι συμφορῇ χρᾶσθαι πρὸς τὰ μέγιστα.* Sed etiam eandem vim habet locutio quam latina *malis urgeri* apud Herodotum I 42: *οὔτε γὰρ συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον οἰκός ἐστι ἐς ὁμήλικας εὖ πρήσσοντας ἰέναι* et apud Libanium in or. XV 61: *συμφορᾷ δὲ χρησαμένης τῶν βοηθησόντων ἀπορεῖν.* Cf. Demosth. or. XXI 58: *ἀστρατείας ἥλω καὶ κέχρηται συμφορᾷ.*

θυμῷ χρῆσθαι ab Herodoto dicitur notione *indulgendi irae* I 155: *μὴ πάντα θυμῷ χρέο* (*noli prorsus irae indulgere*) et I 137: *λογισάμενος, ἢν εὑρίσκῃ πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων* (scil. *τῶν οἰκετέων*), *οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται*; eodem modo Libanius locutionem usurpat in or. XX 12: *ἐν αὐτῷ τούτῳ τὸ κρείττους εἶναι δεικνύουσι τῷ μηδὲ δικαίῳ χρῆσθαι θυμῷ* et in vol. IV 562, 2: *τὸ δὲ χρήσασθαι θυμῷ καλῷ πρὸς φόνον οὐ δίκαιον;* et in ep. 1043: *νοῦ μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκων, θυμῷ δὲ εἰς δέον χρώμενος* et in ep. 578: *πρᾳότητι μὲν πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς, θυμῷ δὲ χρῆσθαι πρὸς τοὺς δεομένους δίκης.* Quod etiam Pausanias eandem locuti-

[1]) Vide pag. 81.
[2]) Vide pag. 6.

onem usurpat, et ipse in hac re ex Herodoto pendet. — Idem est apud utrumque usus locutionis *ὀργῇ χρῆσθαι*: Her. VI 85: *εἰ νῦν ὀργῇ χρεώμενοι ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται* et Lib. or. III 15: *εὐθὺς γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς τοῖς πραττομένοις ὀργῇ χρήσασθαι* et decl. VII 1: *δεῖ δὲ ἕκαστον ὑμῶν, ἣν ἂν εἶχεν ὀργὴν αὐτὸς τοιοῦτο πεπονθώς, ταύτῃ χρήσασθαι καὶ νῦν ἐν τῷ δικάζειν ἐπὶ τοῦτον* et vol. IV 986, 3 sq.: *βαρεῖς καὶ — ὀργῇ χρώμενοι.* Quibus locis videmus utrumque *ὀργῇ χρῆσθαι* eodem sensu atque *ὀργίζεσθαι* dicere. Apud reliquos locutiones easdem non legimus nisi apud Plat. Alcib. II 141 A: *εὑρήσεις πολλοὺς οὐκ ὀργῇ κεχρημένους* et Herodian. VIII 4, 1: *ὀργῇ καὶ θυμῷ χρώμενος.*

ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ. Dicens in or. LIX 53: *πατέρων ἀρεταὶ ψαύουσαι τῆς οὐρανίας ἁψῖδος* Libanius reminiscitur Herodoti verborum III 30, ubi de Cambyse somniante narratur: *ἐδόκεέ οἱ ἄγγελον ἐλθόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν ὡς ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιληίῳ ἱζόμενος Σμέρδις τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε.* Sed locutio *οὐρανία ἁψὶς* saepius adhibetur a scriptoribus velut Plat. Phaedr. 247 B; Luc. bis accus. 33; Anth. Pal. XI 208, 4; Euseb. praep. I p. 8 C.

B. De nominibus inter sese coniunctis.

ἀπαθὴς κακῶν (*malorum expers*). Libanius in vol. IV 1018, 12 sq. dicens: *τὰ μὲν θεῶν ἀθάνατα καὶ διαρκῆ καὶ πάντων ἀπαθῆ κακῶν, τὰ δὲ ἀνθρώπινα ταῖς μεταβολαῖς ὑπόκειται* Herodotum sine dubio sequitur, qui I 32 et ipse de rerum humanarum inconstantia agens (*πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή*) paulo post dicit: *ἄπηρος δέ ἐστι* (scil. *ὁ μετρίως ἔχων βίον*), *ἄνουσος, ἀπαθὴς κακῶν, εὔπαις, εὐειδής.* Eadem locutione Herodotus compluribus locis utitur velut II 119: *Ἑλένην ἀπαθέα κακῶν ἀπέλαβε*, V 19: *νέος τε ἐὼν καὶ κακῶν ἀπαθής*, VII 184: *ἀπαθής τε κακῶν ἦν ὁ στρατός*; cf. Plat. Phaedr. 250 C: *ὠργιάζομεν — ἀπαθεῖς κακῶν, ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑπέμενεν* et Isocr. Aeginet. 23. Apud ceteros locutio non exstat. Simile est apud Herodotum I 207: *Μασσαγέται — καλῶν μεγάλων ἀπαθέες.*

* *ἔργων ἐπιθυμητής.* Quae legimus apud Her. VII 6: *ταῦτα ἔλεγε οἷα νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητὴς ἐών*, haec re-

spici puto a Libanio in or. XLVII 29: *ἔργων μεγάλων ἐπιθυμητάς* et in vol. IV 845, 36 R: *καλῶν ἔργων ἐπιθυμητάς*; nam apud ceteros scriptores similem locutionem non invenimus.

μείζων λόγου. Rhetor, cum dicit in or. LIX 7: *μείζω λόγου παντὸς τὴν εὐτυχίαν καρπούμενοι*, adhibet Herodoti locutionem *μέζων λόγου* (*inenarrabilis*), cuius exempla exstant II 35: *ἔργα λόγου μέζω* et II 148: *τὸν* (scil. *λαβύρινθον*) *ἐγὼ ἤδη εἶδον λόγου μέζω* et VII 147: *πρήγματα — ἐόντα λόγου μέζω* et IX 37: *ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου.* Apud ceteros locutio non reperitur[1]).

* *νόμος χειρῶν.* Quae Herodotus dicit IX 48: *πρὶν γὰρ ἢ συμμῖξαι ἡμέας ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι* (*priusquam manus consereremus*) et VIII 89: *ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι*, eadem repetit Libanius in or. XI 120: *ἤλπιζεν ἢ φόβῳ πάντα ἕξειν ἢ νόμῳ χειρῶν*[2]).

* *νὺξ ἐπελθοῦσα* (*nox appetens*). Quod legitur in Liban. or. XI 255: *οὐδὲ νὺξ ἐπελθοῦσα τὴν ἀκμὴν διακόπτει*, simillima praebet Herodotus VIII 11: *τοὺς — ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε*, quare etiam hanc locutionem a Libanio ex Herodoto depromptam esse puto. Sed etiam genetivum absolutum *νυκτὸς ἐπελθούσης* uterque pariter usurpat, velut Herodotus I 82: *ὑπελείφθησαν δὲ οὗτοι νυκτὸς ἐπελθούσης* (*nocte appetente*) et Libanius in vol. IV 878, 7 R: *τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης ἐπὶ τῶν οἰάκων κάθηται*[3]).

* *ἀξιόχρεως πρόφασις.* Hanc locutionem, quam adhibet in decl. IV 53 (*ἀξιόχρεως προφάσεις* [*causas probabiles*] *ὑποκεῖσθαι τῷ πολέμῳ*), Libanius et ipsam Herodoto debet, apud quem legimus I 156: *ἢν μὴ ἀξιόχρεων πρόφασιν προτείνῃ.* Apud ceteros locutionem non deprehendimus.

---

[1]) Sed cf. Thuc. II 50, 1: *γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου.*

[2]) Sed etiam Aeschines (or. I 5: *ἐν χειρῶν νόμῳ — καταλύοντας*) et Polybius (II 28, 10. III 63, 5. 116, 9) eandem locutionem adhibent fortasse Herodotum secuti.

[3]) Cf. etiam Thuc. IV 129, 5: *οἱ Μενδαῖοι νυκτὸς ἐπελθούσης ἐς τὴν πόλιν ἀπῆλθον.*

πόλεμος συστάς (*bellum coortum*). Libanius dicens in or. LIX 59: *πολλῶν γάρ, οἶμαι, πολέμων ἐκείνῳ συστάντων* sequitur Herodotum VII 144: *οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος συστὰς ἔσωσε ἐς τὸ τότε τὴν Ἑλλάδα* [1]).

* *τὸ στόμα τοῦ Πόντου.* Quae leguntur in Libanii or. XII 70: *ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου πρὸς τῷ Βοσπόρῳ καθήμενος*, haec sunt referenda ad Her. IV 85, ubi scriptum est: *τούτου τοῦ πελάγεος* (scil. *τοῦ Πόντου*) *τὸ στόμα ἐστὶ εὖρος τέσσερες στάδιοι, μῆκος δὲ τοῦ στόματος, ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται, κατ' ὃ δὴ ἔζευκτο ἡ γέφυρα, ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστι*; nam quae apud Herodotum in eodem capite de Dareo narrantur *ἑζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ ἐθηεῖτο τὸν Πόντον ἐόντα ἀξιοθέητον*, ea Libanii verbo *καθήμενος* revocantur. Eadem locutio exstat Her. IV 81: *χαλκήϊον μεγάθεϊ καὶ ἑξαπλήσιον τοῦ ἐπὶ στόματι τοῦ Πόντου κρητῆρος* et in Lib. ep. 127: *διαπλεῦσαι τοῦ Πόντου τὸ στόμα.* Ad eundem illum locum Her. IV 85 spectant Libanii verba in or. I 30: *διαβάντες δὲ τοῦ Πόντου τὸν αὐχένα.* Cf. Xen. anab. VI 4, 1: *ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου.*

* *ῥάβδων φάκελοι.* Dicens in or. LVII 15: *ῥάβδων δὲ ἐπὶ γῆς ἑωρῶντο φάκελλοι* Libanius respicit ad Her. IV 67: *ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ διεξειλίσσουσι αὐτούς*, quo loco verbo *χαμαὶ* apud Libanium respondet *ἐπὶ γῆς*.

* *συὸς χρῆμα.* Herodoti verba I 36: *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ ὑὸς χρῆμα γίνεται μέγα* revocantur a Libanio in or. V 39: *ἀνήρ τις περὶ Ἰταλίαν συὸς χρῆμα μέγιστον ἑλών*; nam Herodoti adiectivum *μέγα* a Libanio repetitur superlativo *μέγιστον*.

τὴν χεῖρα οὐ καθαρός. Libanii verba in or. XVIII 295: *Λυδῶν μὲν βασιλεῖς — σπέρμα Γύγου τὴν χεῖρα οὐ καθαροῦ κτλ.* ad Herodotum referenda esse supra demonstravimus [2]).

---

[1]) Haec etiam Arrianus videtur imitatus esse I 29, 6: *ἔτι συνεστῶτος τοῦ πρὸς τὸν Πέρσην πολέμου.* Thucydides non participium, sed indicativum verbi *ξυνίστασθαι* adhibet I 15, 2: *κατὰ γῆν δὲ πόλεμος — οὐδεὶς ξυνέστη.* Vide Renz, Arrianus quatenus Xenophontis imitator sit, diss. Rost. 1879, corollar. et Meyer, De Arriano Thucydidio, diss. Rost. 1877, p. 19.

[2]) Vide pag. 30.

Itaque etiam locutionem *τὴν χεῖρα οὐ καθαροῦ* ex Herodoto depromptam esse puto, quoniam deprehenditur apud Halicarnasseum paulo post illa capita, quibus de Gyge et ceteris Lydorum regibus narratur, I 35: *ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας*; dicitur autem locutio de eo, qui hominem necavit. Invenitur apud Libanium etiam in decl. VII 24: *ἄνθρωπος δὲ τὴν χεῖρα οὐ καθαρὸς ἱερῶν εἴργεται νόμων* et vol. IV 646, 15 similiter dicitur: *ἐπεὶ καὶ τὸν ἀνδροφόνον κρίνειν ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ τόν γε τὴν χεῖρα καθαρὸν ἄξιον.* Cf. Platonem, qui genetivum *φόνου* adicit in leg. IX 864 E: *πλὴν ἂν ἄρα τινὰ ἀποκτείνας μὴ καθαρὸς τὰς χεῖρας φόνου*, et Lucian. de sacrif. 13.

C. De vocibus a praepositionibus suspensis.

ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. Quae apud Herodotum sunt VI 11: *ἐπὶ ξυροῦ — ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα* (*in summo discrimine rerum sumus*), ea Libanius imitatur in decl. V 73: *ἐπὶ ξυροῦ δὲ ἀκμῆς τὰ πράγματα ἑστάναι*, id quod ex ea re cognoscitur, quod ab utroque substantivum *πράγματα* adhibetur. Videtur locutio originem ducere ex Homero; legimus enim in Iliad. X 173: *νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι*; cf. Theogn. 557: *κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.*

εἰς τὸ ἔσχατον κακοῦ. Hanc locutionem, cuius exemplum exstat apud Herodotum VIII 52: *καίπερ ἐς τὶ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι* (*quamquam ad ultimum periculi pervenerant*), Libanius illum secutus adhibet in decl. IV 63: *τὰ πράγματα ἡμῖν εἰς ἔσχατον προβαίνει κακοῦ.* Rhetorem et hanc locutionem Halicarnasseo debere ex ea re apparet, quod verbum singulare *πυρπολεῖν*[1]) ab Herodoto paulo ante illum locum VIII 50 adhibitum a Libanio repetitur paulo post § 64. Exstat locutio apud Herodotum etiam I 22: *τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ.*

**περὶ λύχνων ἀφάς* (*nocte appetente*), quam locutionem Herodotus praebet VII 215: *ὁρμέατο περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου* (*profecti sunt nocte appetente ex castris*), a

[1]) Vide pag. 59 sq.

Libanio revocatur in or. LIV 5: *οὐ δείλης ὀψίας, οὐ περὶ λύχνων ἀφάς.* Cf. etiam Diod. Sic. XIX 31 et Dionys. ant. Rom. 11, 30.

ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου (tutus ab hostium impetu). Ad ea quae legimus apud Her. VII 215: *οἱ Φωκέες φράξαντες τείχεϊ τὴν ἐσβολὴν ἦσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου* et VII 172: *ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπασα ᾖ Ἑλλὰς ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου,* Libanius spectat in decl. IV 61: *ἡμῖν μὲν παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ πόρρω που τυγχάνει κείμενα ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου.* Apud ceteros eandem locutionem non deprehendimus nisi apud Aristid. vol. I p. 476 (ed. Dind.): *ἐν σκέπῃ πολλῇ τοῦ πολέμου.* Conferas quae similiter dicit Herodotus I 143: *οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου.*

**παρά τινι κριτῇ.* Quod legitur apud Herodotum III 160: *Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ (Darei quidem sententia etc.),* ad id referenda sunt, quae dicit Libanius in or. LIX 83: *τὸ μετὰ τὴν αἵρεσιν βούλευμα πολὺ τῆς αἱρέσεως ἄμεινον παρά γε ἐμοὶ κριτῇ (mea quidem sententia)* et in ep. 449: *τοῦτ' ἐκείνου παρὰ σοὶ κριτῇ μεῖζον* et in or. 192: *ποθεινότερον γὰρ παρά γε ὀρθῷ κριτῇ μηκέτ' εἶναι ἢ ζῆν ἐν ὀνείδεσιν* et in or. XVIII 188: *οὐ δυναμένου φέρειν παρὰ κριτῇ σπουδαίῳ πλεονεξίαν.* Similia apud ceteros non invenimus.

οὐκ εἰς μακρὰν (brevi post vel *non multo spatio intermisso).* Dicens in decl. XIII 14: *οὐκ εἰς μακρὰν ταῦτα πάντα ἧκεν ἀθρόως τὰ δεινά* rhetor repetit ea, quae Herodotus praebet V 108: *Ἴωνες δὲ οὐκ ἐς μακρὴν βουλευσάμενοι ἧκον πολλῷ στόλῳ;* nam uterque locutionem cum verbo *ἥκειν* coniungit. Praeterea exstat apud Herodotum II 121 α: *τὸν μὲν τελευτῆσαι τὸν βίον, τοὺς δὲ παῖδας αὐτοῦ οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔχεσθαι* et apud Libanium in decl. XI 20: *οὐκ εἰς μακρὰν οἰχήσεται* et in or. XVIII 235: *ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ ἕτερον ἰσχυρὸν οὐκ εἰς μακρὰν ἀσθενὲς ἐπιδειχθήσεσθαι* et in ep. 1045: *οὐκ εἰς μακρὰν τῶν θεῶν τὰ δίκαια ποιούντων;* sed etiam apud Aeschylum suppl. 925, apud Aristophanem vesp. 454, apud Xenophontem Cyr. V 4, 21, apud Dionysium ant. Rom. VI 35, 36, apud Lucianum gall. 19 et de morte Peregr. 5. — Atque haec quidem de locutionibus.

Caput V: De formulis.

Iam quatenus in formulis Libanius Herodotum imitatus sit, paucis disseramus.

Ut ea quae ab aliis audiverit narret, Herodotus solet uti formula: *ἤδη δὲ ἤκουσα* vel similibus, velut VII 35: *ἤδη δὲ ἤκουσα, ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε* (*sed etiam audivi* etc.), et VII 55: *ἤδη δὲ ἤκουσα καὶ ὕστατον διαβῆναι βασιλέα πάντων*, et IX 95: *ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα, ὡς κτλ.*; similia apud Halicarnasseum exstant complura. Hanc formulam Libanius illum imitatus adhibet in decl. IV 75: *ἤδη τοίνυν τινὸς ἤκουσα* et in vol. IV p. 680, 22 R: *ἀλλ' ἤδη τινὸς ἀκήκοα* et in or. XIX 5: *ἤδη μὲν οὖν τινος ἤκουσα.* Non aliter ea, quae dicit rhetor in ep. 980: *ἤδη δέ τις εἶπεν*, refero ad Herodotum, qui loquitur II 175: *ἤδη δέ τινες λέγουσι ὡς κτλ.*

Tum ab orationis parte antecedenti ad sequentem transiens Herodotus, ut ea quae dixit in unum comprehendat, adhibet formulam *τοσαῦτα εἰρήσθω.* Atque ut exemplis utamur, dicit III 113: *τοσαῦτα μὲν θωυμάτων πέρι εἰρήσθω* et IV 15: *Ἀριστέω μέν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω* et II 35: *Νείλου μέν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω* et I 92: *καὶ περὶ μὲν ἀναθημάτων τοσαῦτα εἰρήσθω*, quae repetit Libanius in decl. V 48: *περὶ μὲν τῶν μετὰ τὴν νίκην τοσαῦτα εἰρήσθω.* Et quae dixit Herodotus VI 55: *καὶ ταῦτα μέν νυν περὶ τούτων εἰρήσθω* et IV 45 et 199: *ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω*, comparanda sunt cum Libanii verbis in or. XI 131: *πρὸς μὲν οὖν — ταῦτα εἰρήσθω.*

Denique, ut quid ipse sentiat de iis, quae alii fecerunt vel narraverunt, dicat, Herodotus participium praesentis verbi *ποιεῖν* vel *λέγειν* cum adverbio vel adiectivo neutrius generis coniunctum solet adhibere, velut I 51 et II 134: *οὐκ ὀρθῶς λέγοντες (non recte dicentes)*, V 86: *ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ* (*mea sententia vana narrantes, aliorum sententia fortasse non vana)*, I 182 et II 73: *ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες*, VIII 120: *λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστά.* Hoc quod ultimo loco protulimus, imitatur Libanius in or. I 68: *ἡμῖν γε οὐ συνετὰ λέγων.* Ad eundem usum referenda sunt,

quae legimus in decl. XIII 66: *τοῦτο μὲν ὀρθῶς ποιοῦντες*, quo loco particulam *μὲν* particula *δὲ* respondens non sequitur aeque atque apud Her. I 182 et II 73. — Diximus de formulis.

Caput VI: De Ionica anastropha.

Herodoti proprium est pronomen indefinitum *τις* a genetivo pluralis numeri partitivo pendens inter articulum et substantivum intericere, cum ceteri scriptores illud aut ante articulum aut post substantivum ponant, nisi attributum interpositum est. Hanc figuram, quam, quoniam ex Ionica dialecto originem ducit, grammatici dicunt *Ionicam anastropham*, saepe apud Herodotum invenimus; velut I 51: *ἐπέγραψε δὲ τῶν τις Δελφῶν*, VI 80: *ἐπείρετο τῶν τινα αὐτομόλων*, VII 143: *ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνήρ*, et I 71. 109. II 38. 152. 162. 175. 179. V 101. VI 37. 75 etc. Eundem usum pronominis *τις* apud Libanium compluribus locis deprehendimus, velut or. I 31: *λαβόμενος δέ μου τοῦ ἱματίου τῶν τις διδασκάλων*, 239: *τῶν τις ἐμοὶ πεπλησιακότων ἀνὴρ κτλ.*, or. XXIV 18: *τῶν τινα βασιλευόντων*; conferas etiam or. I 67. 94. 137. 257. XXXVI 5. ep. 670. Etiam in hac re Libanium ex Herodoto pendere puto, praesertim cum idem usus apud Pausaniam[1]) et Arrianum[2]) saepius deprehendatur, qui et ipsi Herodotum sequuntur. Exstat etiam apud Lucianum Nigr. 38 et Alciphr. 3, 20 et Athen. III p. 108 D.

Iam ut ea, quae exposuimus, sub unum conspectum subiciamus, Herodotea in omnibus fere Libanii scriptis legenti occurrunt, sed in aliis plura, in aliis minora. Tria diegemata integra ex Halicarnasseo libata sunt; in nonnullis operibus, dico declamationes *Νεοκλῆς* (IX), *Θεμιστοκλῆς* (X), *Κίμων* (XI), *Πρεσβευτικὸς Ὀδυσσέως κτλ.* (IV) inscriptas, argumenta

---

[1]) Vide O. Pfundtner, Pausanias Periegeta imitator Herodoti, diss. Regimont. 1866 p. 30 sq.

[2]) Vide R. Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur, diss. Lips., Berlin. Stud. vol. II 1885 p. 235 sq.

ipsa ferunt, ut rhetor permulta ex Herodoto hauriat; in apologia Socratis (I) et in invectiva in Aeschinem (XVII) non pauca exempla e Patre Historiae petita inveniuntur; orationum potissimum eis, quae ad *γένος ἐπιδεικτικὸν* pertinent, rhetor Herodotea inseruit, dico eas, quae inscribuntur: *Ἀντιοχικός* (XI), *Εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον* (XII), *Ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ* (XVIII), *Βασιλικὸς εἰς Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα* (LIX). Sed etiam in ceteris et orationibus et declamationibus et in epistulis magna copia locorum ad Herodotum redeuntium exstat, sive quod rhetor ex illo exempla attulit, sive quod verba et locutiones quasdam singulares ex eo mutuatus est.

Altera e parte Antiochenus Herodoti libros non pariter omnes in usum suum convertit. Optime memoria tenuit eas partes Historiarum, quibus de Persarum regibus narratur. Sed etiam multas alias partes probe novit, nonnullas vero ita, ut eas in operibus suis componendis ante oculos habuisse videatur. Itaque nullo modo cum Muenschero[1]) dubitare licet quin Libanius Herodoti Historias diligenter legerit, praesertim cum tribus locis[2]) se eum respicere ipse professus sit.

[1]) K. Muenscher, Bericht über die Literatur zur zweiten Sophistik (rednerische Epideiktik und Belletristik) aus den Jahren 1905—1909, Burs. Jahresb. vol. CIL 1910 III p. 152.

[2]) Vide pag. 2.

I.

Index nominum.

pag.

Ἀγαμεμνονίδης 44
Ἀγαρίστη 22
Ἀθηνᾶς ἐλαία 39
Προνηίη Ἀθηναίη 27
Ἀθῆναι 17. 20. 35
Ἀθηναῖοι 11—13. 18. 20—29. 35. 37 sq. 40. 46
Ἄθως 15
Αἶα ἡ Κολχίς 10
Αἰακίδαι . . . . 17 sq.
Αἰακός 18
Αἴας 18
Αἰγάλεως 15
Αἴγινα 18
Αἰγινῆται 18
Αἰγυπτίων λυχνοκαΐα 48
Αἰθίοπες . . . . 33. 46. 48 sq.
Ἀλέξανδρος
1. Amyntae filius . . 24 sq. 28
2. Priami filius 9
Ἀλκιβιάδης 22
Ἀλκμαιωνίδαι 22
Ἀλυάττης 30
Ἀπόλλων 37. 41. 43
Ἀργανθώνιος . . . . 51—53
Ἀργεῖοι 29. 35
Ἀργεῖοι νεανίσκοι 40
Ἄργος 10
Ἄρδυς 30
Ἀρίων . . . . 5 sqq.
Ἀρκαδία . . . . 43 sq.
Ἅρπαγος 32
Ἀρταφρένης 20
Ἀρτεμίσιον 17
Ἀσία . . 13. 15. 23 sq. 26 sq. 33

pag.

Ἀστυάγης . . . . 32 sq.
Ἀττική . . . 10. 18. 20. 23. 35
Ἀφίδναι 10

Βαβυλών 50
Βαβυλωνίων τείχη 52
Βάκτρα 20
Βακχιάδαι 47
Βίας 27
Βοιωτοί 11. 40
Βορέας . . . . 37 sq.
Βοῦλις 36

Γλαῦκος ὁ Χῖος 48
Γύγης . . . . . . 6 sq. 30. 51

Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου 20. 31—34. 40. 46
Δᾶτις 20
Δελφοί . . . . 11. 42 sq. 50 sq.
Δημάρατος 36
Δημήτηρ 20
Δίκαιος 18

Ἑλένη . . . . 9 sq.
Ἐλευσίνιαι θεαί 17
Ἐλευσίς 18. 29
Ἑλλάς . 10. 12. 14. 25. 29. 37. 40. 52
Ἕλλην 25
Ἕλληνες 9 sq. 12. 15—18. 22—24. 27 29. 37. 39 sq. 46. 48 sq. 51
Ἑλλήσποντος 16. 33. 36
Ἐρέτρια 20. 40
Ἐρετριεῖς . . . . . . 20 sq. 34
Εὔβοια 13. 17. 34
Εὐβοϊκὰ ἄκρα 18

pag.
Εὐρυβιάδης 39
Εὐρυσθεύς 29
Εὐρώπη terra 23. 26
Εὐρώπη Phoenissa . . . . 9 sq.

Ζάμολξις 45
Ζεύς . . . . . . 14. 30. 41 sq.
Ζώπυρος 50

Ἡλίου τράπεζα 46
Ἠπιδανός 14
Ἡρακλεῖδαι . . . . . . 28—30
Ἡρακλῆς 21. 29. 51
Ἡρόδοτος 6. 46. 47

Θεμιστοκλῆς . . 11 sqq. 17. 23. 39
Θερμοπύλαι 23. 38. 49
Θεσσαλίη 14
Θῆβαι 29
Θηβαῖοι 11. 27. 29
Θησεύς 10. 44
Θόας 52
Θρᾴκη 34
Θρασύβουλος . . . . . . 44 sq.
Θριάσιον πεδίον 18

Ἰνδοί, οἱ ἐν Ἰνδοῖς μύρμηκες . 51
Ἵππαρχος 23
Ἱππίας 22
Ἱπποκλείδης 51
Ἰταλία 7
Ἰὼ ἡ Ἰνάχου 10

Καδμεῖοι 29
Καλλίμαχος 19
Καμβύσης . . . . 31—33. 49
Κανδαύλης . . . . 5 sqq.
Κίμων . . . . 18 sq.
Κλεινίας 22
Κόλχοι . . . . 9 sq.
Κορίνθιοι 27
Κόρινθος 7
Κρῆτες 10. 43
Κρήτη 43
Κροῖσος ὁ Λυδός 27. 30—40. 42. 50 sq.

pag.
Κυναίγειρος 19
Κῦρος . . . . . . 30—33. 41

Λακεδαιμόνιοι 19 sq. 23. 25. 38 sq. 43 sq.
Λακεδαίμων 10. 39
Λαύριον 13
Λεωνίδας 49
Λήμνια κακά 52
Λῆμνος 19. 52
Λιβύη 49
Λίσος 14
Λυδοί 7. 30. 41. 49
Λυδός, ὁ 41
ὁ Λυδὸς δορυφόρος 30
Λυκίδης 25
Λυκοῦργος . . . . 42 sq.

Μανδάνη 33
Μαραθών 13. 21. 35
Μαρδόνιος 17. 24. 40
Μεγάβαζος 45
Μελάγχλαινοι 47
Μέλας 14
Μήδεια . . . . 9 sq.
Μῆδοι . . . . 31 sq. 37
Μῆδος, ἡ τοῦ Μήδου πλάτανος . 49
Μήθυμνα 7
Μίδας 51
Μίλητος 46
Μιλτιάδης . . . . . . 19 sqq.
Μυκάλη 22
Μυκερῖνος 45
Μυκηναῖοι 29

Νάξιοι 20. 40
Νεῖλος 46
Νεοκλῆς . . . . . . 10 sqq. 38

Ξάνθιππος 22
Ξέρξης 14 sq. 17 sq. 24. 26. 28. 31. 33 35 sq. 38. 40. 49

Ὀδυσσεύς 9
Ὅμηρος 9. 46
Ὀνόχωνος 14

	pag.
Ὀρέστης	44
Πακτωλός	50
Πάν	21
Παρθένιον	21
Πάριοι	21
Παρνασσός	27
Πάρος	21
Πεισιστρατίδαι	44
Πεισίστρατος	22. 44
Πελασγοί	19
Πελοπόννησος	10. 28 sq.
Περίανδρος	45
Πέρσαι	10. 31 sq. 34. 40—42
Πέρσης, ὁ	21
Πλαταιεῖς	35
Πολυκράτης	5 sqq.
Πολυνείκης	29
Ποσειδών	18
Πρίαμος	9
Πυθία	12. 41—43
Πύθιος	15 sq. 36. 38. 41. 43
Σαλαμίς	11. 13. 15. 18. 22. 36—38
Σάμος	6
Σάρδεις	14. 40
Σικελία	7. 37
Σισάμνης	49
Σκάμανδρος	14
Σκύθαι	34. 47
Σόλων	40. 49
Σοῦσα	20
Σπάρτη	19 sp. 35. 39
Σπαρτιᾶται	43 sq.
Σπερθίας	36
Στησαγόρας	19
Ταίναρον	8
Ταῦροι	47
Τέαρος	34
Τεγέα	44
Τεγεᾶται	44
Τελαμών	18
Τέλλος	40
Τίμων	22
Τιτακός	10
Τμῶλος	50
Τρῶες	9
Τυνδαρίδαι	10
Τύρος	9
Φᾶσις	10
Φειδιππίδης	19 sq.
Φιλιππίδης vide Φειδιππίδης	
Φοίνικες	10
Φοινίκη	9 sq.
Φρύνιχος	46
Φωκαεῖς	34
Χείδωρος	14
Χερρόνησος	19
Ψαμμήτιχος	47
Ὠκεανός	46
Ὠρείθυια ἡ Ἐρεχθέως	37

II.
Index vocabulorum et locutionum etc.

	pag.
ἀγγελιαφόρος	60
ἄγειν, εἰς ἀνάγκας ἄγειν	80
αἱρεῖσθαι, σῖτον αἱρεῖσθαι	80
ἀκμή, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς	93
ἀλγεῖν τὴν ψυχήν	81
ἀλουσία	61
ἀναβλαστάνειν, κακὰ ἀναβλαστάνει	79
ἀναιρεῖσθαι νίκην	80 sq.
ἀνακηρύττεσθαι	66 sq.
ἀναπαυστήριος	64
ἀνάστατον ποιεῖν	87
ἀνατρέχειν	67

pag.

ἀνδροῦσθαι . . . . 53 sq.
ἀνέκαθεν . . . . . . 76 sq.
ἀνταίρεσθαι, χεῖρας ἀνταίρεσθαι 81 sq.
ἀξιόχρεως πρόφασις 91
ἀπαθὴς κακῶν 90
ἀπαμελεῖσθαι 54
ἄπεδος 64
ἀπεναντίον 66
ἀποχρᾶν 79
ἄροτος 73
ἄσταχυς 61
αὐτόπτην γίγνεσθαι 83
ἀφή, περὶ λύχνων ἀφάς . . . 94
ἀφιέναι, εἰς τὸ πέλαγος ἀφιέναι 82
ἀφιέναι φέρεσθαι 82

βάλλεσθαι, ἐφ' ἑαυτοῦ βάλλεσθαι 83
βοᾶσθαι . . . . 67 sq.
βρέφος 61

δεῖν . . . . 67 sq.
δεινολογεῖσθαι . . . . . 54 sq.
δεινὸν ποιεῖσθαι . . . . . 87 sq.
διαπορθμεύειν 55
δρασμὸν βουλεύεσθαι . . . 83 sq.

ἐγχαλινοῦν . . . . 68 sq.
ἐθελοκακεῖν 55
εἰρήσθω, τοσαῦτα μὲν εἰρήσθω et sim. 95
ἐκβράσσεσθαι 56
ἐκδέχεσθαι τὴν ἀρχήν 84
ἐκπλώειν 69
ἐκτρίβειν 69
ἐλθεῖν, διὰ μάχης ἐλθεῖν . . . 85
ἐλινύειν 56
ἐνδεῖν ἀνάγκῃ 84
ἔνυδρος 75
ἐξανδραποδίζειν . . . . . 56 sq.
ἐξίτηλον γίγνεσθαι 83
ἐξογκοῦσθαι . . . . . . 69 sq.
ἐξώστης 65
ἐπιβάλλειν 70
ἐπιθυμητής, ἔργων ἐπιθυμητής 90 sq.
ἐπικατασφάζειν 57

pag

ἐπινέμεσθαι 70
ἐπίσημος . . . . 75 sq.
ἐπισχεῖν, γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν . 85
ἐπιφοιτᾶν . . . . 70 sq.
ἐσθέομαι 57
ἔσχατον, εἰς τὸ ἔσχατον κακοῦ . 93
εὐθηνεῖν 71
εὐπαθεῖν . . . . 57 sq.
ἔχεσθαί τινος 77

ζῶντα κατορύσσειν 85

ἡβηδόν 66
ἤδη δὲ ἤκουσα et sim. 95
ἠιών . . . . 61 sq.
ἥκειν, εὖ ἥκειν τινός 77

θεῖν περὶ τῆς ψυχῆς et sim. . 86

καθαρός, τὴν χεῖρα οὐ καθαρός 92 sq.
κακόν, κακὰ ἀναβλαστάνει . . 79
ἀπαθὴς κακῶν 90
εἰς τὸ ἔσχατον κακοῦ . . . 93
καταγωγή 74
καταπλουτίζειν 58
καταφαίνεσθαι 71
καταχωννύναι 58
κατορύσσειν ζῶντα 85
κέρδος, ἐν κέρδει ποιεῖσθαι . . 88
κηλώνειον 62
κλισιάδες 62
κομιδή 74
κριτής, παρά τινι κριτῇ . . . 94
κρυμός . . . . 62 sq.
κυματίας 65

λαμπρὸς de vento dictum . . 76
λέβης, εἰς λέβητας εἰσβάλλειν . . 86
λέγων, λέγοντες c. adv. vel c. neutr. plur. . . . . . 95 sq.
λειποψυχεῖν . . . . . . 58 sq.
λήιον 63
λόγος, μείζων λόγου 91
λύχνος, περὶ λύχνων ἀφάς . 93 sq.

pag.

μακρός, οὐκ εἰς μακράν . . . 94
μάχη, διὰ μάχης ἐλθεῖν . . . 85
μείζων λόγου 91
μεσοῦν τινος . . . . . . 77 sq.

νίκη, ἀναιρεῖσθαι νίκην . . 80 sq.
νιφετός 63
νόμος χειρῶν 91
νὺξ ἐπελθοῦσα 91

ξυρόν, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς . . . 93

ὁμοφρονεῖν 59

παλίρροια 63
πανδαισία . . . . 63 sq.
παραιτεῖσθαι, ψυχὴν παραιτεῖσθαι 86
παρισοῦσθαι 59
πέλαγος, ἀφιέναι εἰς τὸ πέλαγος 82
τὸ πεδίον γίγνεται πέλαγος . 80
περικλείειν . . . . 71 sq.
περιτέμνεσθαι, γῆν περιτέμνεσθαι 85
πίπτειν, εἰς δάκρυα πίπτειν . 86 sq.
πόθος λαμβάνει τινά τινος . . 80
ποιεῖν, ἀνάστατον ποιεῖν . . . 87
ποιεῖσθαι, δεινὸν ποιεῖσθαι . 87 sq.
ἐν κέρδει ποιεῖσθαι 88
οὐδεμίαν ὤραν ποιεῖσθαι . . 87
πολέμιος = πολεμικός 76
πόλεμος συστάς 92
πολὺν εἶναι c. part. praes. . . 79
πρόρριζος 65
προσπταίειν 72
πρόσχημα 74
πρόφασις, ἀξιόχρεως πρόφασις 91 sq.
πυρπολεῖν . . . . 59 sq.

ῥάβδων φάκελοι 92
ῥάπτειν 72

ῥηγνύναι, φωνὴν ῥῆξαι . . 88 sq.
ῥύεσθαί τινος 78

σαγηνεύειν . . . . 72 sq.
σῖτον αἱρεῖσθαι 80
σκέπη, ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου . 94
στέλεχος 64
στόμα, τὸ στόμα τοῦ Πόντου . 92
συνίστασθαι, πόλεμος συστάς . 92
συὸς χρῆμα 92
σχεδία . . . . 74 sq.

τελεῖσθαί τινι 78
τρέχειν περὶ τῆς ψυχῆς et sim. 86
τριώροφος . . . . 65 sq.
τῶν τις 96

φάκελος, ῥάβδων φάκελοι . . . 92
φέρειν εἴς τι . . . . . . 78 sq.
φέρεσθαι, ἀφιέναι φέρεσθαι . . 82
φωνὴν ῥῆξαι . . . . . . 88 sq.

χείρ, χεῖρας ἀνταίρεσθαι . . 81 sq.
νόμος χειρῶν 91
τὴν χεῖρα οὐ καθαρός . . 92 sq.
χλιδή 64
χρῆμα, συὸς χρῆμα 92
χρῆσθαι, θυμῷ χρῆσθαι . . 89 sq.
ὀργῇ χρῆσθαι 90
συμφορᾷ χρῆσθαι 89
χρυσῖτις 66
χρυσοφορεῖν 60

ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ 90
ψυχή, ἀλγεῖν τὴν ψυχήν . . . 81
θεῖν vel τρέχειν περὶ τῆς ψυχῆς 86
ψυχὴν παραιτεῖσθαι . . . 86

ὤρα, οὐδεμίαν ὤραν ποιεῖσθαι . 87

Vita.

Maximilianus Ernestus Guilelmus Werner natus sum Kalendis Martiis anni 1887 Frankensteinii, in oppido Silesiae, patre Guilelmo, ludi magistro, matre Berta e gente Winkler.

Primis litterarum elementis partim a patre ipso imbutus per sex annos progymnasium, quod tum erat, Frankensteinense frequentavi et per tres gymnasium regium Strehlense, ubi vere anni 1906 testimonium maturitatis adeptus sum. Tum Marpurgii per unum semestre et Vratislaviae per octo usque ad hunc diem philologiae et historiae studebam. Docuerunt me viri doctissimi:

Baumgartner, Birt, Cichorius, Cohen, Foerster, Freudenthal †, Gercke, Hoffmann, Kampers, Niese, Skutsch, Wendland.

Ad seminarii exercitationes me admiserunt philologici *Foerster, Skutsch, Wendland,* archaeologici *Foerster,* historici *Cichorius.*

His omnibus debitam iustamque gratiam habeo, summam vero Richardo Foerster, qui me in hac commentatione conscribenda benigno consilio et opera semper adiuvit.

Theses.

I. Themistium rhetorem Herodoti historiis magno opere studuisse nonnullis exemplis demonstratur.

II. Declamationes *Κέφαλος* et *Ἀριστοφῶν* inscriptas (Lib. opp. vol. VI p. 110 sqq. F) a Libanio abiudicandas esse propter usum verborum et locutionum verisimile est.

III. Libanius ex historicis exempla afferens veteres rhetores sequitur.

IV. Thucydides superlativum enuntiato relativo *ὧν ἴσμεν* amplificans Herodoti formulam *τῶν ἡμεῖς ἴδμεν* imitatur.

V. In Lib. or. XXXI § 12 F lectionem codicum *ἀμφιδέραια* servandam esse e loco vol. IV p. 645, 1 R apparet.

VI. Her. VIII 74 contra ceteros codices scribendum esse censeo: *ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες*, quod Venetus (𝔡) solus praebet (cf. Lib. opp. vol. IV p. 542, 36 et Aristoph. vesp. v. 376).

VII. In amphorae Tergestinae pictura adversa, in qua nocturnus impetus ab Ulixe et Diomede in Rhesum factus conspicitur (Wien. Vorlegeblätter ser. C tab. III num. 2), militem Graecum in sinistra parte censeo esse comitem quendam, non alterum Diomedem.

Typis Maretzke & Maertin, Trebniciae Sil.